


DE SOPHISTICIS AUTEM ELENCHIS ET de his qui uidentur quidē elenchi. sunt autem paralogismi sed non elenchi: dicemus incipientes secundum naturam a primis. Qm̄ ergo alii quidem sunt sillogismi. alii autem cum non sint uidentur: manifestum. Nam quemadmodum & in aliis hoc fit per quandam similitudinem: sic et in orationibus se habet. Etenim habitum alii quidem habent bene. alii autem uidentur tribualiter inflantes et fingentes se. Et pulchri alii quidem propter decorem. alii autem uidentur componentes se. Et in animatis quoq; similiter. Nam & horum hec quidem argentum. alia u̇ aurum est: uere. Alia autem non sunt quidem. uidentur autem secundum sensum ut litargirea quidem & stangnea: argentea. felle u̇ tincta: aurea. Eodem autem modo et sillogismus et elenchus. hic quidem est: ille u̇ non est quidem. uidetur autem propter imperitiā. Nam imperiti uelut distantes longe speculantur. Nam sillogismus quidem ex quibusdam positis est ut dicatur diuersum quid ex necessitate ab his que posita sunt. Elenchus autē syllogismus cum contradictione conclusionis. Illi u̇ hoc quidem non faciunt. uidentur autē ob multas causas. Quorum unus locus aptissimus est. et publicissimus per nomina. Nam qm̄ non est ipsas res ferentes disputare. sed nominibus pro rebus utimur notis: quod accidit in nominibus. in rebus quoq; arbitramur accidere. ueluti in compositis ratiocinantibus. Hoc autem non est simile. Nam nomina quidem finita sunt. & orationum multitudo. res autem numero infinite. Necesse est ergo plura eandem orationem & nomen unum significare. Quemadmodum igitur illic qui non sunt prompti numeros ferre ascientibus expelluntur: eodem modo et in orationibus qui nominum uirtutis sunt ignari paralogizantur. & ipsi disputantes et alios audientes. Ob hanc ergo causam & que dicende sunt. est & sillogismus & elenchus apparens. non existens autem. Quoniam autem est quibusdā magis operepretium uideri eē sapientes. quam eē & non uideri. est enim sophistica aparens sapientia n̄ existens autem. & sophista copiosus ab apparente sapientia sed non existente: palam qm̄ necessariū est his & sapientis opus uideri facere magis: quam facere & non uideri. Est autem ut sit ad unum dicere in uno quoq; opus scientis non mentiri quidē eum de quibus nouit: mentientem autem manifestare posse. Hec autem sunt. hoc quidem in eo quod possit dare orationem. Illud autem in eo quod sumere. Necesse est ergo eos qui uolunt sophistice agere dictarum disputationū genus querere. operepretium enim est. Nam huiusmodi potestas faciet uideri sapientem cuius sunt desidiū habentes. Quoniam ergo est quid huiusmodi genus disputationum. & qm̄ huiusmodi appetunt potestatem quos uocamus sophistas: manifestum. Quot sunt autem species disputationum sophisticarum & ex quot numero ea constat. & quot partes contingit eē negocii & de aliis que suffragantur ad hanc artē: nunc dicemus. Sunt ergo disputationum genera quattuor. doctrinales. dialectice. temptatiue. litigiose. Doctrinales quidem: que ex propriis principiis cuiusq; discipline. & non ex his que uidentur respondenti sillogizant. oportet enim credere eum qui discit. Dialectice autem que ex probabilibus collectiue contradictionum. Temptatiue u̇ que ex his que uidentur respondentis necessarium est scire ei qui simulat habere scientiā quomodo autem determinatum est in aliis; Litigiose u̇ que ex his que uidentur probabilia non sunt autem: sillogizant. Ergo de demonstratiuis quidem in analecticis dictum est. De dialecticis u̇ et temptatiuis in aliis. De agonisticis autem et litigiosis nunc dicemus. Primū ergo sumendum quot coniectant qui in disputationibus decertant & contrarantur. Sunt autē quinq; hec numero. Redargutio. falsum. Ino-

2

pinabile. Soloecismus. et quintum facere nugari
eum qui contra agit. hoc autem est frequenter
cogere idem dicere. aut quod non sic. sed quod ui-
deatur esse singulum horum. Nam maxime
uolunt uideri redarguentes. Secdm autem falsū
aliquid monstrare. Tertium ad hoc quod preter
opinionem est ducere. Quartum ū soloecismo uti fa-
cere. hoc autem ē. facere secdm locutionem barba-
rizare ex oratione respondentem. Ultimum autē
frequenter idem dicere. ∫ Modi autem sunt argu-
endi quidem duo. Nam alii quidem sunt secdm
dictionem. alii ū extra dictionem. Sunt autem
ea quidem que secdm dictionem faciunt fanta-
siam sex numero. Sunt autem hec. Equiuo-
catio. Amphibologia. Compositio. Diuisio. Accen-
tus. figura dictionis. huius autem fides et que
per inductionem est et sillogismus. si quis sumatur
alius. et quoniam totidem modis si eisdem nomi-
nib; et orationib; non idem significamus. Sunt
autem secdm equiuocationem huiusmodi oratio-
nes ut qm discunt scientes. Nam secdm hoc dis-
cunt grammatici. Discere enim equiuocum. in-
telligere eum qui utitur disciplina. et accipere
disciplinam. Et rursum qm mala bona. Nam
que expediunt bona. Mala autem expediunt.
Duplex enim expediens. et necessarium; Quod
accidit plerumq; etiam in malis. Est enim malū
quid necessarium. et bona quoq; expedientia.
dicimus ee. Amplius. eundem sedere et stare et la-
borare. et sanum ee. Nam qui surgebat stetit. et
qui sanabatur sanus est. Surgebat autem sedens et
sanabatur laborans. Nam laborantem quidlibet
facere aut pati non unum significat. Sed quando
q; quidem qm qui nunc laborat aut sedet. quan-
doq; autem qui laborabat prius. Verum sanabat
quidem. et laborans et non laborans. sanus est autē
non laborans. sed laborans non nunc sed prius. Secdm
amphibologiam autem tales. Velle accipe me pug-
nantes et putas quod quis scit hoc scit? Nam et
scientem et scitum contingit ut scientem significa-
ri hac oratione. Et putas quod uidet quis hoc
uidet? Videt autem columpnam quare ui-
det columpna. et putas quod tu dicis ee. hoc
tu dicis esse? Dicis autem lapidem ee. Tu ergo
dicis lapis ee. Et putas est tacentem dicere?
Dupplex enim est tacentem dicere. et hunc dicen-
tem tacere. et que dicuntur. Sunt autem tres

modi secdm equiuocationem et amphibologiam.
Unus quidem quando uel oratio uel nomen
principaliter significat plura. ut piscis et canis.
Alius autem quando soliti sumus sic dicere. Ter-
tius ū quando compositum plura significat. separa-
tum uero simpliciter. ut scit secdm. Nam
utrumq; si contingit unum quid significat
et scire. et secdm. Ambo autem plura. aut secdm
ipsum scientiam habere. aut secdm aliū. Ergo
amphibologia et equiuocatio circa hos modos
sunt. Secdm compositionem autem huiusmodi
ut posse sedentem ambulare et non scribentem
scribere. Non enim idem significat si diuidens quis
dicat et componens qm possibile sedentem ambu-
lare et non scribentem scribere. et hoc similiter
si quis componat non scribentem scribere. Signifi-
cat enim qm habet potestatem ut non scribens
scribat. Si autem non componat. qm habet po-
testatem quando non scribit ut scribat et disce-
re nunc litteras si quidem didicit quas scit. Am-
plius. quod unum solum potest ferre plura pos-
se ferre. Secdm diuisionem ū. qm quinq; sunt
et duo et tria. et paria et imparia et maius equa-
le. tantundem enim maius et adhuc amplius.
Nam eadem oratio diuisa et composita non idē
semp significare uidebitur ut ego te posui ser-
uum entem liberum et quinquaginta uirorū
centum reliquit diuus achilles. Secdm accentū
autem in his quidem que sunt sine scriptura
dialecticis non idoneum facere orationem in
scriptis autem et poematib; magis. Ergo circa
accentum quidem huiusmodi fiunt. Que autē
sunt secdm figuram dictionis. accidunt quan-
do non idem similiter interpretatur. ut mas-
culinum femininum. uel femininum uel mas-
culinum. uel quod inter hec est. alm̄ horū
uel rursum quale quantum uel quantum
quale. uel faciens patiens uel dispositum face-
re. et alia ut determinatum est prius. Est enim
quod non est eorum que sunt facere uelut
eorum que sunt facere quid dictione signi-
ficare. ut uigere similiter figura dictionis
dicitur ei quod est secare uel edificare quam
uis hoc idem quid et affectum quodammodo
indicat. illud ū facere quid. Eodem autem
modo et in aliis. ∫ Ergo secdm dictionem re-
dargutiones ex his locis sunt. ∫ Eorum autē

qui extra dictionem sunt paralogismorum spe-
cies sunt septem. Una quidem secundum accidens.
Secunda autem in eo quod simpliciter uel non simpli-
citer. sed quo. aut ubi. aut quando. aut ad aliquid
dicitur. Tertia autem secundum elenchi ignorantiam.
Quarta uero secundum consequens. Quinta autem secundum
quod in principio est sumere. Sexta quod non
causa est ut causam ponere. Septima uero plures
interrogationes unam facere. Ergo secundum acci-
dens quidem paralogismi sunt: quando simili-
ter quodlibet assignatum fuerit rei subiecte
et accidenti inesse. Nam quoniam eidem multa
accidunt: non necesse est omnibus predicatis et
de quo predicantur hec omnia inesse. Nam om-
nia sic erunt eadem. ut si coriscus alterum est ab
homine: ipse a se alter est. enim homo. Aut si a
socrate alter. socrates autem homo: alterum ab
homine aiunt concessum esse eo quod accidit a
quo dixit alterum esse: hunc esse hominem.
Secundum autem quod simpliciter hoc aut quo
dicitur et non proprie: quando quod particula-
riter dicitur ut simpliciter dictum sumitur.
ut si quod non est opinabile est: quoniam quod non
est. Non enim idem esse quid et esse simpliciter.
Aut rursum quoniam quod est non est: si eorum
que sunt quid non est. ut si non homo. Non
enim idem non esse quid quid et simpliciter non
esse. Videtur autem eo quod prima sunt dic-
tione et parum differant esse quid. et esse. et non
esse quid et non esse. Similiter autem et quod se-
cundum quid et simpliciter. Ut si indus cum
sit niger: albus est dentibus. Albus ergo et non
albus est. aut si ambo queque: quoniam simul
contraria inerunt. Huiusmodi autem: in quibus-
dam quidem omni considerare facile ut si su-
mens ethiopem esse nigrum: dentibus dicat
quoniam albus. Si ergo ibi albus: quoniam niger et non ni-
ger putabitur disputasse sillogistice cum per-
fecerit interrogationem. In quibusdam uero latet
frequenter. in quibus quando quo dicitur: et
simpliciter uidetur sequi. et in quibus non fa-
cile est considerare utrum eorum proprie sit as-
signandum. Fit autem huiusmodi in quibus simi-
liter sunt opposita. Videtur enim aut ambo
aut neutrum esse concedendum simpliciter
predicare. ut si dimidium quidem album di-
midium uero nigrum: utrum album uel nigrum.

Qui autem secundum quod non determinatur quid
est sillogismus aut quid elenchus: secundum di-
minutionem fiunt rationis. Nam elenchus est
contradictio eiusdem: et unius nominis sed rei
et nominis. non sinonimi sed eiusdem ex his
que data sunt ex necessitate non connumerato
quod erat in principio. secundum idem et ad idem
et similiter et in eodem tempore. Eodem autem
modo et mentiri de aliquo. Quidam autem
omittentes aliquid uel eorum ex his que
dicta sunt uidentur arguere. ut quoniam idem
duplum et non duplum. Nam duo unius
quidem duplum: trium autem non duplum.
Aut si idem eiusdem duplum et non duplum
sed non secundum idem. Nam secundum longitudinem
duplum secundum latitudinem uero non duplum.
Aut si eiusdem et secundum idem similiter sed non
simul. Quare est apparens elenchus. Trahet autem
aliquis hunc et in eos qui secundum dictionem sunt.
Qui autem in eo quod idem quod in principio erat
sumitur: fiunt quidem sic et totidem modis
quotiens contingit quod ex principio est petere.
uidentur autem arguere eo quod non possunt
inspicere idem et diuersum. Qui uero secundum conse-
quens est elenchus eo quod putent conuerti
consequentiam. Nam si cum hoc est ex necessi-
tate illud sit: et cum illud est putant et alterum
esse ex necessitate. Unde et que circa opinionem
sunt ex sensu fallacie fiunt: sepe enim fel mel
suspicati sunt: eo quod sequitur rubeus color
mel. et quoniam accidit terram pluuia fieri madidam
et si sit madida opinatur pluisse. Hoc autem non
necessarium. Et in rethoricis que secundum signum
sunt demonstrationes ex adiunctis sunt. Vo-
lentes enim ostendere quoniam adulter: quod ad-
iunctum est accipiunt quoniam compositus. aut
quoniam in nocte uidetur errabundus. Pluribus autem
hec quidem insunt: predicatum uero non inest.
Similiter autem et in sillogisticis. ut melissi ratio-
cinatio. quoniam infinitum est uniuersum sumens uniuer-
sum quidem ingenitum. Nam ex nichilo nichil fi-
eri. quod autem factum est ex principio fieri. Si igitur
non factum est. principium non habet uniuersum
quare infinitum. Non necesse est autem hoc acci-
dere. Non enim si omne quod factum est principium
habet: et quicquid principium habet fac-
tum est. Velut non si febris est calor: et calidum

necesse est febrire. Qui uero secundum non causam ut causam cum assumitur quod non causa est. uelut propter illud fiat redargutio. Accidit autem huiusmodi in ad impossibile sillogismis. Nam in his necessarium interimere aliquid ex his que posita sunt. Si ergo enumeretur in necessariis interrogationibus ad quod accidit impossibile: uidebitur propter hoc fieri sepe redargutio ut quoniam non est anima et uita idem. Nam si corruptioni generatio contrarium: alicui corruptioni erit quedam generatio contrarium. Mors autem corruptio quedam et contrarium uite. Quare uita generatio. et uiuere generari. Hoc autem impossibile. Non ergo idem anima et uita. Non autem sillogizatum est. Accidit enim et si non aliquis idem dicat uitam et animam: impossibile sed solum contrarium uite quidem mortem cum sit corruptio. corruptioni autem generationem. Ergo insillogizate quidem simpliciter non sunt huiusmodi orationes ad propositum autem insillogizate et latet plerumque non minus ipsos interrogantes huiusmodi. Ergo propter consequens et propter non causam argumentationes: huiusmodi sunt. Qui autem in eo quod duas interrogationes unam faciunt: quando latet plures esse. et quasi unius assignatur responsio una. In aliquibus ergo facile uidere quoniam plures et quoniam non reddenda responsio ut utrum terra mare est aut celum. In aliquibus uero minus et quasi una sit. aut concedunt in eo quod non respondeat interrogatum: aut redargui uidentur. ut putas hic et hic est homo: Quare cum aliquis percusserit hunc et hunc: hominem sed non homines percutiet. Aut rursum. Quorum hec quidem sunt bona. illa autem non bona: omnia bona aut non bona. Utrum enim dixerit: est quidem cum elenchum aut falsum apparens uidebitur facere. Nam dicere eorum que non bona sunt aliquid esse bonum aut eorum que bona sunt non bonum: falsum. quandoque autem assumptis quibusdam: etiam elenchus fiet uerus. ut si quis concedat similiter unum et plura dici alba et nuda et ceca. Nam si cecum est quod non habet uisum: natum autem habere et ceca erunt que non habent uisum. nata autem habere. Quando ergo hoc quidem habet uisum illud autem non habet: ambo erunt uel uidentia uel ceca quod est impossibile. Aut ergo sic diuidendum apparentes sillogismos et elenchos: aut omnes reducendum in elenchi ignorantiam his qui hanc principium faciunt. Est enim omnes resoluere dictos modos in elenchi diffinitionem. Primum quidem si inmodificati. Oportet enim ex his que posita sunt accidere conclusionem ut dicatur ex necessitate. sed non uideatur. Deinde et secundum partes diffinitionis. Nam eorum qui sunt in dictione: hii quidem sunt secundum duplex ut equiuocatio et oratio. et similis figuratio. Consuetum enim omnia ut hoc aliquid significare. Compositio autem. et diuisio et accentus: in eo quod non eadem est oratio uel nomen differens. Oportebat autem et hec quemadmodum et rem eandem: si debeat elenchus uel sillogismus fieri. ut si tunica non uestis sillogizetur sed tunica. Nam uerum et illud. sed non sillogizatum est. sed adhuc interrogatione indiget quoniam idem significat ad eum qui interrogat. Qui uero secundum accidens diffinito sillogismo manifesti fiunt. Nam eandem diffinitionem oportet et elenchi fieri uerum adiacere contradictionem. Nam elenchus sillogismus contradictionis. Si ergo non est sillogismus accidentis: non fit elenchus. Non enim si cum hec sint necesse est hoc esse. hoc autem est album: necesse est album esse propter sillogismum. Neque si triangulus duobus rectis equales habet. accidit autem ei figuram esse: uel primum uel principium quoniam figura uel principium uel primum hoc. Non enim in eo quod figura uel primum. sed in eo quod triangulus demonstratio. Similiter autem et in aliis. Quare si elenchus sillogismus quis: non erit qui secundum accidens fit elenchus. Sed secundum hoc et artifices et omnino scientes ab inscius arguuntur. Secundum accidens enim faciunt sillogismos contra sapientes. Qui uero non possunt diuidere: aut interrogati concedunt. aut cum non dent putantur dedisse. Qui autem secundum quid et simpliciter: quoniam non de eodem affirmatio et negatio. Nam secundum quid albi: secundum quid non album. simpliciter autem albi: simpliciter non album negatio. Si ergo dato secundum quid esse album ut simpliciter dictum accipit: non facit elenchum. Uidetur autem eo quod ignoretur

quid est elenchus. Manifestissimum autem omnium
qui prius dicti sunt secundum elenchi diffinitionem.
Quare & nuncupati sunt sic. Nam secundum ratio-
nis omissionem fantasia fit. & diuidentibus sic.
communis in omnibus his ponenda est rationis
diminutio. Qui uero in eo quod sumitur hoc quod
erat in principio. & non causa ut causa ponitur
manifesti per diffinitionem. Oportet enim conclusi-
onem eo quod hec sunt accidere. quod non
erat in non causis. Et rursum non enume-
rato eo quod ex principio. quod non habent
qui sunt secundum petitionem eius quod in princi-
pio. Qui uero secundum consequens, partes sunt ac-
cidentis. Nam consequens accidit. Differt
autem ab accidente. quoniam accidens quidem
est in uno solo sumere. ut idem esse rubeum
& mel & album & cignum. Quod autem secundum
consequens, semper in pluribus. Namque uni et
eidem eadem, & sibi inuicem probamus esse eadem
propter quod fit secundum consequens elenchus. Est
autem non omnino uerum. ut si sit secundum acci-
dens. Nam nix & cignus, albo idem. Aut
rursum ut in melissi ratione. Idem esse acci-
pit factum esse & principium habere. Aut
equalia fieri. et eandem magnitudinem ac-
cipere. Quoniam enim quod factum est ha-
bet principium, & quod habet principium
factum est probat. tanquam ambo eadem
sint in eo quod principium habent factum
esse & terminatum. Similiter autem & his que
equalia facta sunt si eandem magnitudinem
& unam sumentia equalia fiunt, & que equa-
lia facta sunt unam magnitudinem accipi-
unt. Quare consequens sumit. Quoniam ergo se-
cundum accidens elenchus in ignorantia elen-
chi est, manifestum quoniam & qui secundum consequens
Perspiciendum autem hoc & aliter. Qui uero in eo
quod plures interrogationes unam faciunt,
in eo quod non enodamus propositionis diffiniti-
onem. Nam propositio unum de uno est. Nam
eadem diffinitio unius solius & simpliciter
rei. ut hominis et unius tantum hominis.
Similiter autem et in aliis. Si ergo una tan-
tum propositio est que unum de uno assig-
nat, et simpliciter erit propositio huiusmo-
di interrogatio. Quoniam autem sillogismus ex pro-
positionibus est. elenchus autem sillogismus

& elenchus erit ex propositionibus. Si igitur propositio
unum de uno, manifestum quoniam & hic in elen-
chi ignorantia. Videtur enim esse propositio que
non est propositio. Si ergo dedit responsionem ut
ad unam interrogationem, erit elenchus. Si
autem non dedit sed uidetur, apparens elenchus.
Quare omnes loci cadunt in elenchi ignorantiam.
Ergo qui sunt secundum dictionem, quoniam apparens
contradictio. quod erat proprium elenchi. Alii
autem secundum sillogismi diffinitionem. Falla-
cia autem fit in his quidem que secundum equiuo-
cationem sunt & orationem, cum non potest
diuidi quod multipliciter dicitur. Quedam
enim non est idoneum diuidere. ut unum et
ens. & idem. In his autem que sunt secundum com-
positionem & diuisionem, eo quod nichil pu-
tatur differre composita & diuisa oratio.
uelut in plurimis. Similiter autem et in his
que sunt secundum accentum. Non enim aliud
uidetur significare remissa et intensa oratio
in nullo. aut non in pluribus. Eorum uero que
sunt secundum figuram, propter similitudinem
dictionis. Difficile enim diuidere. que similiter
& que diuerse dicuntur. Pene enim qui hoc po-
test facere. prope est uidere uerum. maxime au-
tem sciet annuere. quoniam omne quod de aliquo
predicatur opinamur hoc aliquid & ut
unum intelligimus. Nam unum & substantiam
maxime uidetur sequi hoc aliquid. et ens.
Quare in his que sunt secundum dictionem hic
locus ponendus. primum quidem quoniam
magis fallacia fit his qui cum aliis conside-
rant. quam qui per se. Namque cum alio est
consideratio, per orationes. Que autem per se, non
minus per ipsam rem. Deinde et per se fallaci acci-
dit. cum in oratione facit considerationem. Am-
plius. fallacia quidem ex similitudine. similitu-
do autem ex dictione. In his autem que sunt se-
cundum accidens, eo quod non potest diiudi-
care idem et diuersum. & unum & multa.
neque qualibus predicationibus omnia hec & rei
acciderunt. Similiter autem & in his que
sunt secundum consequens. Pares enim quedam
accidentis est consequens. Amplius autem
et in pluribus uidetur & probatur sic. si hoc
ab illo non separatur, neque ab altero separa-
ri alterum. In his uero que sunt secundum diminutio-

4

tiem rationis et in his que secundum quid et simpliciter in eo quod pene fallacia est. Nam quasi nichil consignificat quid. aut quo. aut quomodo aut nunc universaliter concedimus. Similiter autem et in his que quod in principio sumunt et in non causis. et quecumque plures interrogationes ut unam faciunt. In omnibus enim est fallacia in eo quod pene. Non enim subaliter dicernimus neque propositionis neque sillogismi diffinitionem propter predictam causam

Quoniam autem habemus secundum quot fiunt apparentes sillogismi: habemus et secundum quot sophistici fiunt sillogismi et elenchi. Dico autem sophisticum elenchum et sillogismum non solum eum qui videtur sillogismus vel elenchus. Non est autem: sed et qui est quidem. videtur autem non conveniens rei. Sunt autem hii qui non secundum rem arguunt et monstrant ignorantes. quod erat temptative. Est autem temptativa pars dialectice. Hec autem potest sillogizare: falsum propter ignorantiam eius qui dat orationem. Sophistici autem elenchi. et si sillogizent contradictionem: non faciunt manifestum si ignorat. Nam et scientem impediunt his orationibus. Quoniam autem habemus eos eadem via: manifestum. Nam secundum que videtur audientibus velut interrogata sillogizare: secundum hec et respondenti videbitur. Quare erunt sillogismi falsi per hec. aut omnia aut quedam. Quod enim non interrogatus arbitratur dandum. et interrogatus ponet. Verum in quibusdam simul accidit. et interrogare quod deest et falsum apparere. ut in his que secundum dictionem et soloecismum. Si ergo paralogismi contradictionis secundum apparentem elenchum sunt: manifestum. quoniam propter tot erunt et falsorum sillogismi secundum quot et apparens elenchus. Apparens autem secundum particulas veri. Nam cum singulum deerit: videbitur elenchus ut secundum accidere propter orationem. qui ad impossibile. et qui duas interrogationes unam facit secundum propositionem: et propter secundum idem qui secundum accidens et huius pars qui secundum consequens. Amplius non in re sed in oratione accidere: deinde propter universale contradictionem et secundum idem ad idem et similiter: secundum quod in aliquo. vel secundum singulum horum. Amplius. secundum non connumeratio quod in principio: quod erat in principio accipere. Quare habebimus secundum quot fiunt paralogismi. Nam secundum plura non erunt. Secundum autem que dicta sunt erunt omnes. Est autem sophisticus elenchus non simpliciter elenchus sed ad aliquem. et sillogismus similiter. Nam si non sumat. et qui secundum equivocum est unum significare. et qui secundum similem formam solum hoc et alium similiter: neque elenchi neque sillogismi erunt neque simpliciter. neque ad eum qui interrogatur. Si autem sumant ad eum qui interrogatur. erunt. simpliciter autem non erunt. Non enim unum significativum sumpserunt sed apparens et secundum reliqua. Secundum que autem arguunt qui elenchis utuntur. non oportet temptare sumere sine omnium que sunt scientia. Hoc autem non unius est artis. Infinite enim sunt forsitan scientie. quare manifestum quoniam et demonstrationes. elenchi autem sunt et veri. Nam quecumque est demonstrare est et redarguere eum qui ponet contradictionem veri. ut si commensurabilem diametrum posuit. arguet quis demonstratione quoniam incommensurabilis. Quare omnium oportebit scientes esse. Nam alii quidem erunt secundum ea que in geometria sunt principia. et horum conclusiones. Alii autem secundum ea que in medicina. alii vero secundum ea que sunt aliarum medicinarum. Sed et falsi elenchi similiter in infinitis erunt. Nam secundum unamquamque artem est falsus sillogismus. ut secundum geometriam geometricus et secundum medicinam medicinalis. Dico autem secundum artem: secundum illius principia. Manifestum ergo quoniam non omnium elenchorum. sed eorum qui sunt secundum dialecticam sumendi sunt loci. Nam hi communes ad omnem artem et potentiam. et eum quidem qui est secundum quamque disciplinam. elenchum scientis est considerare sive cum non sit videtur: sive est quare est. Eum autem qui ex communibus est. et sub nullam artem dialecticorum. Nam si habemus ex quibus probabiles sillogismi. in quolibet: habebimus ex quibus elenchi. Nam elenchus est contradictionis sillogismus Quare aut unus aut duo sillogismi contradictionis: elenchus est. Habemus ergo secundum

que omnes huiusmodi sunt. Si autem hoc ha-
bemus: et solutiones habemus. Nam horum in-
stantie: solutiones sunt. Habemus autem secundum
que fiunt et apparentes. Apparentes autem non
cuilibet. sed talibus. Infinita enim sunt si quis consi-
deret secundum que appareant quibuslibet. Qua-
re manifestum quoniam dialectici est. posse sumere
secundum que fit per communia vel qui est elenchus
vel apparens elenchus. et vel dialecticus vel
apparens dialecticus vel temptativus. Non
est autem differentia orationum quam dicunt
quidam esse. has quidem ad nomen. illas autem
ad intellectum. Inconveniens enim est opi-
nari alias quidem esse ad nomen orationes. alias
autem ad intellectum. sed non easdem. Quid enim
est non ad intellectum: nisi quando non utatur
nomine qui putatur interrogare ad quod ipse
interrogatus est dedit. Idem autem hoc est et ad
nomen. Ad intellectum autem quando ad quod
dedit intelligens. Si autem aliquis plura sig-
nificante nomine unum putet significare
et interrogans. et interrogatus. ut forte ens et
unum plura significat sed et respondens et
interrogans Zeno unum putans esse interrogat
et est oratio quoniam unum omnia. hec ad nomen est
aut ad intellectum interrogantis disputata.
Si vero aliquis multa putet significare: palam
quoniam non ad intellectum. Primum ergo circa
huiusmodi orationes est ad nomen et ad intellec-
tum quecumque plura significant. Deinde circa
quamlibet est. Non enim in oratione est ad intel-
lectum esse. sed in eo quod respondens se habet ali-
quomodo ad ea que dantur. Deinde ad nomen
omnes contingit tales esse. Nam ad nomen non ad in-
tellectum esse est hoc loco. Nam si non omnes:
erunt quedam alie neque ad nomen neque ad
intellectum. Hi vero dicunt omnes. et dividunt
vel ad nomen vel ad intellectum esse. omnes. ali-
as autem non. At tamen quicumque sillogismi
sunt in eo quod multipliciter: horum sunt
aliqui qui secundum nomen. Nam inconvenienter
dictum est secundum nomen dicere esse. omnes qui sunt
secundum dictionem. sed sunt quidam paralogismi
non in eo quod respondens ad eos se habeat ali-
quomodo. sed quod huiusmodi interrogationem ora-
tio ipsa habeat. que plura significet. et omnino
inconveniens de elencho disputare et non prius
de sillogismo. Nam elenchus sillogismus est.
Quare oportet et de sillogismo prius quam
de falso elencho. Est enim huiusmodi elenchus
apparens sillogismus contradictionis. Quare
autem in sillogismo erit causa: aut et in contra-
dictionem. adiacere enim oportet contradicti-
onem quandoque autem in utrisque erit apparens
elenchus. Est autem de eo quidem quod est ta-
centem dicere: in contradictione non in sillogis-
mo. De eo autem quod est que non habet aliquis
dare: in utrisque. De eo vero quod est quoniam homeri
poema figura est per circulum: in sillogismo. Qui
autem in neutro: verus sillogismus. Sed unde
sermo venit prius. Que in disciplinis sunt orati-
ones ad intellectum sunt vel non. et si cui videtur
plura significare triangulus: et dedit non ut
hanc figuram de qua concludebat. quoniam duo rec-
ti. utrum ad intellectum hic disputavit illius
vel non? Amplius. Si plura quidem significat
nomen. ille autem non intelligit neque putat:
quomodo hic non ad intellectum disputavit?
Aut quomodo oportet interrogare nisi dantem
divisionem sive interroget aliquis si est tacen-
tem dicere vel non. aut est quidem ut non est
autem ut sic? Si autem aliquis det nullomo-
do. ille autem disputet: ergo non ad intellectum
disputat? Quamvis oratio videatur earum
que secundum nomen sunt esse. Non est ergo genus aliquod
orationum ad intellectum sed he quidem ad no-
men sunt et huiusmodi: non omnes non quoniam elen-
chi sed neque apparentes elenchi. Sunt enim et non
secundum dictionem apparentes elenchi. ut qui secundum
accidens et reliqui. Si autem aliquis probet divi-
dere. quoniam dico autem tacentem dicere. hec quidem
sic. illa autem sic: tamen hoc est primum quidem
inconveniens probare. quandoque enim non videtur
interrogatum multipliciter habere. impossibile
autem dividere quod non putat. Deinde doce-
re quid aliud erit. Manifestum enim faciet.
ut habet ei qui neque consideravit neque scit neque opi-
natur quoniam aliter dicatur. Deinde et in non dupplici-
bus quid prohibet hoc pati. ut putas equales sunt
unitates binariis in quaternariis. Sunt autem
binarii hi quidem sic uniti: illi autem sic. et pu-
tas contrariorum una disciplina vel non. Sunt
autem contraria hec quidem nota. illa vero igno-
ta. Quare videtur ignorare qui hoc probat. quoniam

aliud est docere quam disputare. et quoniam oportet do-
centem quidem non interrogare sed eum mani-
festa facere. alium autem interrogare. Amplius
ut dicant vel negent probare non monstrantis
est. sed experimentum sumentis. Nam temptati-
va est dialectica quedam. quare prope de omnibus in-
spicit et considerat non scientem sed ignorantem
et assimulantem. Qui ergo secundum rem considerat
communia: dialecticus. Qui autem hoc apparenter
facit: sophista. et sillogismus litigiosus et sophisti-
cus est: unus quidem apparens sillogisticus de
quibus dialectica temptativa est. et si verum sit con-
clusio. Nam eius quod propter quid deceptivus est.
et quicumque cum non sint secundum singulorum metho-
dum paralogismi videntur esse secundum artem. Nam falsi
descriptiones non litigiose. Nam secundum ea que
sub arte sunt: paralogismi neque si qua est falsa
descriptio circa verum. ut ypocratis. aut qua-
dratura per lunulas. sed ut brisso quadravit
circulum. Nam et si quadratur circulus: tamen
quia non secundum rem: ideo sophisticus. Quare
et quid de his est apparens sillogismus: litigio-
sa oratio. et qui secundum rem est apparens sillogismus.
et si sit sillogismus litigiosa oratio. Nam apparens
est secundum rem. Quare fallax et iniustus. Quemad-
modum enim que in certamine est iniusta speci-
em quandam habet et est quedam iniusta cer-
tatio: sic in contradictione iniusta certatio est
litigiosa. Nam et illic qui omnino vincere vo-
lunt omnia apprehendunt. et hic litigiosi. Ergo
qui ob victoriam ipsam tales sunt: litigiosi ho-
mines et contentiosi videntur esse. Qui autem propter
gloriam que in divitias: sophistici. Nam sophistica
est ut diximus divitiaria quedam ab apparente
sapientia. propter quod apparentem demonstra-
tionem appetunt. et in orationibus eisdem quidem
sunt litigiosi et sophiste. sed non propter
eadem. et oratio eadem quidem erit sophistica
et litigiosa. sed non secundum idem. sed in eo quidem q.
quod propter victoriam apparentem: litigiosa
in eo vero quod propter sapientiam: sophistica. Nam
sophistica est apparens quedam sapientia non
autem existens. litigiosus autem est qui quodam
modo sic se habet ad dialecticam. ut falsigraphus
ad geometricum. Nam ex eisdem dialectice paralo-
gizat. velut et falsigraphus geometrie. sed hic
quidem non litigiosus. quoniam ex principiis et con-

clusionibus que sunt sub arte falso describit. qui
autem ex hiis est que sunt sub dialectica: circa alia
quidem quoniam litigiosus est manifestum. ut qua-
dratura que est quidem per lunulas non litigiosa.
brisonis autem litigiosa. et hanc quidem non est
transferre nisi ad geometriam tantum. eo quod
ex propriis sit principiis. illam autem ad plures
quecumque non sciunt quid possibile est in unoquoque
et quid impossibile. Aptabitur enim id ut anti-
pho quadravit. vel si quis non dicat utilius esse
post cenam deambulare propter zenonis rationem. non
medicinalis communis enim. Si igitur similiter
se haberet litigiosus ad dialecticum ut falsigra-
phus ad geometram: non esset de eis litigiosus.
nunc autem non est dialecticus circa genus ali-
quod determinatum. neque ostensivus ullius. neque
talis qualis universalis. Neque enim sunt omnia
in uno aliquo genere. neque si essent. possibile sub
eisdem principiis esse ea que sunt. Quare nulla
ars monstrativa alicuius nature interrogativa
est. Non enim possibile utramlibet partium da-
re. Nam sillogismus non fit ex utrisque. Dialecti-
ca autem interrogativa est. Si autem ostenderet et
si non omnia. sed prima et propria principia: non inter-
rogaret. Nam si non daret: non iam haberet ex
quibus amplius disputaret adversus instantiam. Talis
autem et temptativa. Neque enim temptativa ta-
lis est qualis geometria. sed quam habeat et non
sciens aliquis. Est enim experimentum sumere et
non scientem eum qui nescit rem siquidem dat
non ex quibus novit neque ex propriis sed ex consequen-
tibus quecumque talia sunt que scientem quidem
nichil prohibet non scire artem. non scientem au-
tem necesse est ignorare. Quare manifestum
quoniam nullius determinati temptativa disciplina
est. eo quod de omnibus est. Nam omnes artes
utuntur communibus quibusdam. quare omnes
etiam ydiote quodammodo utuntur dialec-
tica et temptativa. Nam omnes usque ad quid
conantur diiudicare pronuntiantes. hec autem
sunt communia. Nam ea nichil minus sciunt
ipsi quamvis videantur valde extra dicere. Ar-
guunt ergo omnes. Nam sine arte participant id de
quo artificialiter dialectica est. et arte sillogis-
tica temptativus dialecticus. Quoniam autem
sunt multa quidem hec et de omnibus non talia
autem ut natura quedam sit et genus. sed ut

hec negationes. alia autem non talia sed propria. est ex his de omnibus experimentum sumere. et esse artem quandam et non talem esse quales que monstrant. eo quod litigiosus non est. sic se habens omnino ut falsigraphus. Non enim erit paralogisticus ex determinati cuiusdam generis principiis sed circa omne genus erit litigiosus. Loci ergo de sophisticis elenchis hi sunt. Quoniam autem est dialectici considerare de his et posse ea facere: non difficile videre. Namque circa propositiones est methodus. omnem habet hanc speculationem. et de elenchis quidem apparentibus dictum est. [Falsum] autem in aliquo ostendere. et orationem ad inopinabile ducere. hoc enim fuit secundum sophisticam voluntatis. primum quidem ex eo quod interrogat quodammodo et per interrogationem accidit maxime. Nam ad nullum determinatum positum interrogare: venativum est horum. Nam vane dicentes: peccant magis. Vane autem dicunt quando nichil habent propositum. Et interrogant multa quamvis determinatum sit ad quod disputant. et ea que videntur dicere probare: facit quandam idoneitatem ut ad inopinabile ducat. vel falsum. Et si interrogatus dicat aut neget horum aliquid: ducere ad que argumentari idoneus est. Possunt autem nunc minus ledere per hec quam prius. Exigunt enim quid hoc ad id quod in principio. Elementum autem eveniendi. aut falsum aliquod. aut inopinabile: nullam statim interrogare positionem sed confiteri ob hoc se interrogare quod discere velit. Locum enim argumentationis considerratio facit. ad mentientem autem ostendendum: proprius modus sophisticus est ducere ad talia ad que habundet orationibus. Est autem et bene et non bene hoc facere quemadmodum dictum est prius. [R]ursum ut quod extra opinionem est dicat: considerare ex quo genere est qui disputat deinde interrogare quod pluribus hi dicunt inopinabile. est autem singulis aliquid tale. Elementum autem horum: singulorum sumere positiones in propositionibus. Solutio vero horum competens fertur ostendere quoniam non propter orationem accidit improbabile Semper autem hoc vult qui contendit. amplius autem ex voluntatibus et manifestis opinionibus. Non enim eadem et volunt et dicunt. sed

dicunt quidem decoratissimas orationes. volunt autem ea que videntur prodesse ut bene mori magis vivere voluptuose dicere oportere. et egere [illegible] volunt aut contraria. Ergo eum qui dicit secundum voluptates: ad manifestas opiniones ducendum. Eum vero qui secundum has: ad absconsas. Utrumque enim necessarium extra opinionem dicere. Aut enim ad manifestas aut ad obscuras opiniones dicunt contraria. Plurimus autem locus est faciendi que extra opinionem sunt dicere. sicut et Callicles in Gorgia scriptus est dicens. et veteres autem omnes arbitrati sunt accidere in eo quod secundum naturam. et secundum legem. Contraria enim esse naturam et legem et iustitiam secundum legem quidem esse bonum. secundum naturam autem non bonum. Oportere ergo ad eum quidem qui dicit secundum naturam: secundum legem obviare. ad eum vero qui secundum legem in naturam ducere. Utrumque enim dicere esse quod extra opinionem est. Erat autem eis secundum naturam quidem: verum. Secundum legem autem: quod pluribus videatur. Quare manifestum quoniam et illi quemadmodum et qui nunc aut arguere. aut quod extra opinionem esse dicere respondentem conabantur facere. Quedam autem interrogationes habent utrique improbabilem esse responsionem. ut utrum sapientibus aut patri oporteat obedire. et expedientia facere aut iusta. et iniuriam pati melius quam nocere. Oportet autem ducere ad ea que pluribus et sapientibus sunt contraria. Nam si dicat aliquis ut qui circa rationes: ad ea que pluribus. Si autem ut plures in ea que his qui in ratione. Dicunt enim hi quidem ex necessitate beatum iustum esse. pluribus autem improbabile est regem non felicem esse. Erit autem ad ea que sic sunt improbabilia ducere idem quod et in eam que est secundum naturam. et secundum legem contrarietatem ducere. Nam lex opinio plurium. Sapientes autem secundum naturam et secundum veritatem dicunt. et ea quidem que sunt extra opinionem ex his oportet querere locis. [D]e facere nugari. Quid dicimus nugari iam monstravimus. Omnes autem huiusmodi orationes hoc volunt facere. si nichil differat nomen vel orationem dicere. Duplum autem et duplum dimidii idem. Si ergo est duplum dimidii duplum: erit dimidii dimidii duplum

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
non solum genera sed et ipsa ad aliquid dicuntur.
et ad idem et unum assignantur. ut appetitus ali-
cui [illegible]
centia. et duplum alicui duplum. et duplum di-
midii. [illegible] cum non sit ali-
quid oratio quorum sunt habitus aut passiones
[illegible]
[illegible] habundans
est numerus medium habens. Est autem nu-
merus habundans. Est ergo numerus medium
habens et simum cauitas naris est. Est autem
naris sima. Est igitur naris nariscaua. Vi-
dentur autem facere non facientes quandoque
eo quod non adinterrogant si significat ali-
quid per se dictum duplum aut nichil. et si
aliquid significat: utrum idem aut diuersum. sed
conclusionem dicunt statim. Et uidetur eo quod
nomen idem sit idem et significare. Soloecismus
autem quale quidem est. dictum est prius. Est
autem hoc et facere. Non facientem uideri. et fa-
cientem non uideri quemadmodum cecilianus
dicit. si sicut sede declinationis. Nam qui dicit
sicut materas: soloecismum quidem facit secundum
illum. Non uidetur autem pluribus. qui uero sicos:
uidetur quidem. sed non facit. Eodem modo si sinis
solum masculini generis secundum quosdam. Nam
qui dicit certam: soloecismum facit secundum eos.
Manifestum ergo quoniam et ars quedam hoc poterit fa-
cere. eo quod multe orationes non colligentes solo-
[illegible]
Sunt autem omnes pene apparentes soloecismi
secundum hoc. et quando casus neque masculinum
neque femininum indicat sed neutrum. Nam
hic masculinum significat. hec autem femi-
ninum. Hoc uero uult quidem neutrum signi-
ficare. Sepe autem significat et illa utraque. ut
quid hoc. calliopea. lignum corruscus. Ergo
masculini et feminini differunt casus omnes.
Neutri autem: alii quidem. alii autem non.
Dato ergo sepe hoc: sillogizant quasi dictum sit
hunc. Similiter autem et alium casum pro alio

Paralogismus autem fit eo quod commune
sit hoc plurium casuum. Nam hoc significat
quandoquidem hic quandoque autem hunc.
Oportet autem permutatum significare. cum est
quidem hic. cum esse autem hunc. ut est coruscus
[illegible]
Nam in omnibus similiter est et esse faciet differen-
tiam eo quodam modo similis est in his soloecismus
elenchis. qui dicuntur secundum quod non similia
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
eis. Deinceps ergo his que dicta sunt hec primum
dicendum. Est ergo ad arguendum. unum qui-
dem longitudo. difficile enim simul multa
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Conturbati enim minus possunt conseruari
omnes. Elementa autem ut est. et manifestum
eum facere qui uelit iniuste agere. et circa om-
nem [illegible]
terrogationes ponere. siue ad idem plures aliquis
habeat orationes. siue et quoniam sic. et quoniam non sic.
Simul enim accidit aut ad plura aut ad contra-
ria facere obseruationem. Omnino autem
omnia que ad occultationem dicta sunt prius uti-
lia et ad agonisticas disputationes. Nam occul-
tatio est latendi causa. Latere autem: falla-
cie. Ad abnuentes autem quecumque opinan-
tur esse ad orationem ex negatione interrogan-
dum uelut contrarium uelit. aut etiam ex
equo interrogationem facere. Nam cum dubi-
um est quid uelit sumere: minus graues sunt.
et quando in partibus dederit aliquis singulare:
[illegible]
sed ut concesso utendum. Nam quandoque pu-
tant et ipsi dedisse. et audientibus uidentur
propter inductionis memoriam uelut non interro-
gata fuisse. et in quibus non nomine significatum
uniuersale sed similitudine utendum ad hoc

quod expedit. Latet enim similitudo plerumque et ad sumendum propositionem contrarium oportet admittentem inquirere. Ut si debeat sumere quoniam oportet patri omnia obedire, utrum omnia oportet obedire parentibus aut omnia non obedire. Et sepe multa, utrum multa concedenda aut pauca. Magis enim si necesse est videbuntur esse multa. Appositis enim iuxta se contrariis et maiora et magna videntur et peiora et meliora hominibus. Valde autem et sepe facit videri redargui maxime sophistica calumpnia interrogantium cum nichil sillogizantes non interrogationem faciunt hoc quod ultimum est, sed conclusive dicunt velut sillogizantes: non ergo hoc et hoc. Sophisticum autem et posito inopinato probare hoc quod videtur respondenti proposito eo quod videatur ex principio et interrogationem talium sic facere, utrum sibi videtur. Necesse est enim si sit interrogatio ex quibus sillogismus aut elenchum aut inopinabile fieri. Cum dat elenchum, cum autem non dat neque videri facit inopinabile. Cum autem non dat, videri autem facit elenchi simile. Amplius. Quemadmodum in rethoricis et in elenchicis similiter contrarietates considerandum aut ad ea que ab eo sunt dicta aut ad quos confitetur bene dicere vel facere. Amplius ad eos qui videntur huiusmodi aut ad similes vel ad plures vel ad omnes. Et sicut respondentes sepe cum redarguuntur faciunt duplex si debeat accidere redargui, et interrogantibus utendum quandoque hoc contra instantes si sic quidem accidit sic autem non, quoniam sic sumpsit, ut cleofon facit in mandrabulo. Oportet etiam absistentes ab oratione reliqua argumenta incidere, et respondenti si presenserit prius instare et predicere. Conandum autem quandoque et ad alia ab eo quod dictum est illud extra sumentibus, si non ad hoc quod propositum est habeat aliquis argumentari, quod licofron fecit proposito liram extollere. Ad eos autem qui exigunt ad quid conatur, quia videtur oportere assignare causam, dictis autem quibusdam observabilius quod universaliter accidit in elenchis dicere contradictionem, quoniam quod dixit negare aut quod negavit dicere, sed non quoniam contrariorum eadem disciplina. Non oportet autem conclusionem

ut propositionem interrogare, quasdam autem nec interrogare, sed ut concessis uti. Ex quibus ergo interrogationes et quomodo interrogandum in agonisticis exercitationibus dictum est.

De responsione autem et quomodo oportet solvere et quid et ad quam utilitatem huiusmodi orationes prosunt, post hec dicendum. Utiles quidem sunt ad philosophiam quidem propter duo. Primum quidem quoniam sepe que secundum dictionem fiunt melius habere faciunt quotiens singulum dicitur et que similiter et que aliter in rebus accidunt et in nominibus. Secundo autem ad eas que per eundem sunt questiones. Nam qui ab alio facile paralogizatur et hoc non sentit, et ipse a se hoc patitur sepe. Tertium vero et reliquum ad hunc ad gloriam circa omnia exercitatum esse videri et in nullo inscie se habere. Nam si quis communicat orationibus spernit orationes cum nichil habeat determinare de vitio earum suspectionem dat qui videtur gravis esse non quia verum sed propter impericiam. Respondentibus autem quomodo obviandum ad huiusmodi orationes manifestum siquidem recte diximus prius ex quibus sunt paralogismi et que in querendo sunt superhabundantias sufficienter divisimus. Non est autem idem sumentem orationem videre et solvere vitium et interroganti posse obviare velociter. Nam quod scimus sepe transpositum ignoramus. Amplius autem quemadmodum in disputationibus citius et tardius ex exercitatione fit magis, sic et in aliis se habet. Quare si manifestum quidem nobis sit, inmeditati autem simus, fallimur temporibus frequenter. Accidit autem quandoque sicut in descriptionibus. Nam et illic solventes quandoque componere rursum non possumus, sic et in elenchis scientes secundum quid orationem accidit connectere, solvere orationem dubitamus. Primum quidem sicut sillogizare dicimus probabiliter quandoque magis quam vere eligere oportere, sic et solvendum quandoque magis probabiliter quam secundum verum. Omnino enim contra litigiosos obstandum non ut arguentes sed ut apparentes. Non enim dicimus eos sillogizare. Quare ut non videantur corrigendi sunt. Nam si est elenchus contradictio non equivoca

[illegible] : nil opus est diuidere ad amphibola et equiuocationem. Non enim facit sillogismum. Sed [illegible] conclusio uidetur elencho similis [illegible] redarguit sed uidetur [illegible] amphibola [illegible] et non argumentum [illegible] licet in fine conclusi non quod affirmauit negare dicere sed equiuoce. et si quam maxime contigit in idem ferre: dubium si redargutus est. dubium enim si uera dicit nunc. Si uero diuidens interrogasset equiuocum aut amphibolum: non dubius esset elenchus et quod requirebatur [illegible] magis interrogasti: uel sic ut non respondere interrogatum necesse. Nunc autem quia non bene interrogant inquirentes: necesse est ut respondeat aliquid is qui interrogatur corrigens uitium propositionis quoniam diuiso sufficienter ut sic ut non necesse est dicere respondentem. Si autem aliquis putet eum qui secundum equiuocationem est elenchum esse: quodam modo non erat [illegible] effugere redargutionem. Nam in uisibilibus necessarium quod dixit negare nomen. et quod negauit affirmare. Nam ut corrigunt quidam nichil prodest. non enim coriscum aiunt esse musicum et non musicum. Sed hunc coriscum musicum. et hunc coriscum non musicum. Nam eadem erit oratio coriscum uel hunc coriscum non musicum esse uel musicum. uel quod simul affirmauit et negauit. Sed fortasse non idem significat. Nam nec illic nomen. Quare aliquo differt. Si autem huic quidem simpliciter dicere coriscum assignet illi autem addat aliquem aut hunc inconueniens. Nichil enim magis alteri. utrolibet enim nichil differret. Non autem. Sed quia dubius quidem est qui non determinauit amphiboliam utrum redargutus est uel non: concessum est autem in disputationibus diuidere: manifestum quoniam non determinatam dare interrogationem sed simpliciter: peccatum est. Quare et si non ipse: tamen disputatio redarguto similis est. Accidit autem sepe uidentes amphiboliam pigrescere diuidere. eo quod frequenter [illegible] [illegible] Deinde non [illegible] [illegible] Sepe [illegible] [illegible] est diuidere [illegible] [illegible] Si autem duas interrogationes [illegible] [illegible] amphibolia [illegible] [illegible] [illegible] Nam si plures [illegible] [illegible] interrogationes unam responsionem [illegible] simpliciter [illegible] [illegible] [illegible] quam si interrogasset [illegible] [illegible] Possibile enim [illegible] una responsione. [illegible] Hoc autem simile tanquam si idem nomen ponatur diuersis. Si ergo non oportet ad duas interrogationes unam responsionem dare: manifestum quoniam nec in equiuocis sic uel non dicendum. Neque enim qui dixit respondit sed dixit. Sed conceduntur quodam modo in disputationibus eo quod lateat quod accidit. Sicut ergo diximus quoniam elenchi quidam uidentur esse. qui non sunt: eodem modo et solutiones uidentur esse quedam que non sunt. quas dicimus quandoque magis oportere ferre quam ueras in agonisticis disputationibus et ad duplex obuiationem. Respondendum autem in his quidem que uidentur: sic dicentem. Et enim sic minime fiet ad se elenchus. Si uero aliquid quod preter opinionem sic cogatur dicere: hic maxime addendum uideri. Sic enim neque elenchus neque inopinatum uidebitur fieri. Quoniam autem quomodo petitur quod est in principio manifestum. putant autem omnino si sit propinquum: interimendum et non concedendum esse. quedam uelut quod in principio est petunt. Et quando aliquid tale postulauerit quis quod necessa-

rium quidem accidere ex positione. Est autem falsum vel inopinatum: idem dicendum. Nam que ex necessitate accidunt eiusdem videntur esse positionis. Amplius quando universale non nomine sumitur sed parabola: dicendum quoniam non ut datum est neque ut proposuit sumit. Non enim propter hoc fit [illegible] elenchus. Si autem prohibetur [illegible] ad hoc quoniam non bene [illegible] est occurrendum obviando secundum dictam determinationem. In his ergo que proprie dicuntur nominibus necesse est respondere vel simpliciter vel divisum. Que autem subintelligentes ponimus ut quecumque non plane sed truncatim interrogantur: propter hoc accidit elenchus. Ut putasne quicquid est atheniensium possessio est atheniensium? Utique. Similiter autem et in aliis. Sed homo est animalium? Utique. Possessio ergo homo animalium. Nam hominem animalium dicimus quoniam animal est. Et lisandrum lacedemoniorum quoniam lacedemonius. Manifestum ergo quoniam in quibus obscurum est quod proponitur: non concedendum simpliciter. Quando autem duobus existentibus cum altero quidem est ex necessitate alterum esse videtur: cum autem altero hoc non ex necessitate: interrogantium prius oportet quod minus est dare. Difficilius enim sillogizare de pluribus. Si autem conetur quoniam huic quidem est contrarium. illi autem non est. si oratio vera sit contrarium dicere. nomen autem non esse alterius. Quoniam autem quedam quidem eorum que dicunt plures eum qui non concedit mentiri inquiunt. quedam autem non. ut quecumque utrimque opinantur. Utrum enim corruptibilis vel inmortalis sit anima animalium non determinatum est multis: in quibus ergo dubium est utro modo soleat dici propositum. utrum ut conceptiones. vocant enim conceptiones et veras opiniones et totas negationes. ut diameter incommensurabilis. Amplius cuius verum utrimque opinantur: [illegible] aliquid nomina nihil latebit. Nam quia dubium est [illegible] sophisma agere. Quia vero utrimque opinantur: non putabitur mentiri. Nam translatio faciet orationem sine elencho videri. Amplius quascumque aliquis presenserit interrogationum prius insurgendum et predicendum. Sic enim

maxime interrogantem prohibebit. Quoniam autem est recta quidem solutio manifestatio falsi sillogismi secundum quamlibet interrogationem accidit falsum. falsus autem sillogismus fit dupliciter. Aut enim si sillogizatum est falsum. aut si cum non est sillogismus videtur esse sillogismus: erit et que nunc dicta est solutio. et apparentis sillogismi secundum quam videtur interrogationum correctio. Quare accidit orationes sillogizatas quidem interimentem. apparentes autem dividentem solvere. Rursum autem quoniam sillogizatarum orationum. he quidem veram. ille autem falsam habent conclusionem: eas quidem que secundum conclusionem sunt false. duobus modis contingit solvere. Nam et in eo quod interimit aliquid eorum que interrogata sunt et in eo quod ostenditur conclusio non sic se habere. Eas vero que secundum propositiones: in eo quod interimitur quid tamen. Nam conclusio vera. Quare volentibus solvere orationem: primum quidem perspiciendum si sillogizata est. aut non sillogizata. Deinde utrum vera sit conclusio vel falsa. quatinus vel dividentes vel interimentes solvamus. et interimentes vel hoc modo vel illo sicut dictum est prius. Differt autem plurimum interrogatum vel non solvere orationem. Nam providere quidem difficile. previsionem autem videre facile.

Eorum ergo qui sunt secundum equivocationem et amphiboliam elenchorum alii quidem habent interrogationum aliquam plura significantem alii autem conclusionem multipliciter dictam ut in eo quidem quod est tacentem loqui: conclusio est duplex. In eo vero quod est non consentire scientem: una interrogationum amphibola. et duplex quandoque quidem est. quandoque autem non est. Sed significat duplex hoc quidem ens. illud vero non ens. Quibus ergo in fine est multipliciter: nisi prius sumpserint contradictionem: non fit elenchus ut in eo quidem quod est cecum videre. Nam sine contradictione non erat elenchus. Quibus vero interrogantibus: non necesse est prius negare quod duplex est. Nam non ad hoc sed propter hoc oratio. ergo in principio quidem duplex et nomen et orationem sic respondendum quoniam est ut est. aut ut non. ut tacentem loqui:

qm̄ est ut sic. est autem ut non. & que expediunt facienda. sunt que si fiunt. aut que non. Nam expedientia dicuntur multipliciter. Si autem latet. cum addentem interrogationi contingere. Ergo est tacentem loqui non. Sed hunc tacentem. omnibus autem que habent multiplicitatem in oppositionibus simile. Non ergo consciunt qm̄ sciunt. utique. Sed non sic scientes. non enim idem est. qm̄ non est conscire. & qm̄ sic scientes non est. & omnino obstandū etiam si simpliciter sillogizet. qm̄ non rem quam dixit negavit. sed nomen. Quare non elenchus. Manifestum autem & eos qui sunt divisionem & compositionem quomodo solvendum. Nam si divisa & composita oratio aliquid significat. conclusa contrarium dicendum. Sunt autem omnes huiusmodi orationes secundum compositionem ut divisioné. Putasne quod vidisti tu hunc percussum. hoc percussus est hic. & quo percussus est hoc tu vidisti. Habet ergo aliquid & dubitatum interrogationum sed est secundum compositionem. Non enim est duplex quod secundum divisionem. Non enim eadé oratio fit divisa. siquidem non & malum & malum secundum accentum plata. significant aliud. Sed in scriptis quidem idem nomen. cum ex eisdem elementis scriptum est et similiter. Et illic autem iam signa faciunt. plata autem non eadem. Quare n̄ duplex quod secundum divisionem est. Manifestum etiam qm̄ non omnis elenchi secundum duplex. sicut quidam dicunt. Dividendum ergo ei qui respondet. Non enim idem est dividere oculis percussum. & et dixi dum autem oratio. Putasne vidisti tu nunc coexistentes in pirati naves insyci lia ens. & rursum. Putasne est bonum sutorem malum esse. Erit autem quis bonus sutor malus. Putasne quorum scientie bone. bonas disciplinas. Mali autem bona disciplina. Bona ergo disciplina malum. At si & malum & disciplina est malū. Quare mala disciplina malum. Sed est malorum disciplina bona. Putasne verum dicere nunc qm̄ tu factus es. Factus es ergo nunc. Aut aliud significat divisum. Verum enim dicere nunc qm̄ tu factus es. sed non nunc factus es. Putasne ut potes & que potes sic & ipsa facies. non citharizans autem habes potestatem cytharizandi. Cytharizabis ergo non cytharizans. aut non huius habet potestatem ut non cytharizans cytharizet. sed cum non facit ut faciat. Solvunt autem quidam hunc & aliter. Nam si dedit ut potest facere. non dicunt accidere non cytharizantem citharizare. Non enim omnino ut potest facere datum esse qm̄ faciet. non idem autem esse. ut potest. & omnino ut potest facere. Sed manifestum qm̄ non bene solvunt. Nam orationum que propter idem. eadem solutio. Hec autem non conveniet in omnes. nec omnino interrogatas. Sed est ad interrogantem non ad orationem. Secundum accentum autem orationes non sunt neque in his que scribuntur. neque in his que dicuntur preterquam si que pauce fiant ut hec. Justos iustos oportere pendere. Justos autem non oportere pendere. Idem ergo oportet iustos iustos pati & non. Quomodo autem solvendum palam. Non enim idem significat graviter & acute platum. Palam autem & his qui fiunt in eo quod similiter dicuntur que non sunt eadem quomodo obviandum eo quod habemus genera predicamentorum. Nam hic quidem dedit interrogatus non esse quid horum que quid est significant. Ille vero ostendit esse quid eorum que sunt ad aliquid vel quantitates. videntur autem quidem significare secundum dictionem. ut in hac oratione. Putasne contingit idem simul et facere et fieri. Non. At vero videre aliquid simul et videri idem & secundum idem contingit. Putasne est quid eorum que sunt pati facere quid. Ergo secatur. uritur. opatur. similiter dicuntur. & omnia pati quid significant. Rursum autem dicere. currere. scribere. similiter sibi invicem dicuntur. Sed scribere quidem opari quid est. quare et pati quid. simul autem et facere. Si autem aliquis illic datis non contingere simul idem facere. & fieri. videre et videri. dicat contingere. nondum elenchus factus est. si non dicat videre facere quid sed pati. indiget enim hac interrogatione. sed ab audiente opinatum dari esse. cum et secare facere quid & secari fieri dedit. & quecumque alia similiter dicuntur. Nam reliquum ipse addit qui audit velut similiter dictum. Hoc autem dicitur quidem non similiter. videtur autem secundum dictionem. Idem autem accidit quod in equivocationibus. Putat enim in equivocis insciens orationum quod dixit negare. rem non nomen. Hoc autem

adhuc eget interrogatione. si ad unum aspiciens dicat equiuocum. Sic enim dante erit elenchus. Similes autem et he orationes huius. Si quod quis habens postea non habet: amisit. Nam unum solum amittens digitum non habebit decem digitos. Aut quod non habet quidem prius habens amisit. Quantum autem non habet uel quanta: non necesse tanta amittere. Ergo interrogans quod habet: colligit in eo quod quanta. Nam decem quanta. Si ergo dixisset ex principio. si quanta quis non habet prius habens putasne amisit tanta: nullus dedisset. sed aut tanta. aut horum aliquid. Et quoniam dabit quis quod non habet. Non enim habet unum solum denarium. aut non dedit quod non habuit sed ut non habuit unum. Nam solum non hoc significat. neque tale neque tantum. sed ut habet ad aliquid. ut quoniam non cum alio quemadmodum si dicat. putasne quod non aliquis habet dabit non dicente autem interroget si dabit quis quid cito quod non habeat cito. Dicente autem: sillogizet. quoniam dabit quis quod non habet. et manifestum quoniam non sillogizatur. Nam cito non hoc dare: sed hoc modo dare est. Ut autem non habet. dabit aliquis. ut quod delectabiliter habet cum tristicia dabit. Similes autem et huiusmodi omnes. Putasne quam non habet manu percutiet: Aut quem non habet oculo uidebit: Non enim habet unum solum. Soluunt autem quidam dicentes. et ut habet unum solum et oculum et aliud. quidlibet qui plura habet. Quidam uero et ut quod habet accepit. Dedit enim unum solum hic denarium. et hic habet dicunt unum solum ab hoc denarium. Accepit enim ab hoc. Alii autem statim interrogationem interimentes quoniam contingit quod non accepit habere. ut uinum accipientem suaue. corrupto in acceptione. habere acre. Sed quod dictum est et prius hi omnes non ad orationem sed ad hominem soluunt. Nam si esset hec solutio: dantem oppositum non possibile soluere. sicut in aliis ut si est quidem quod est autem quod non sit solutio: si simpliciter det dici concludit. Si autem non concludat: non erit solutio. In predictis autem omnibus datis nec dicimus fieri sillogismum. Amplius autem et he sunt ex huiusmodi orationibus. Putasne quod scriptum est scripsit quis. Scriptum est autem nunc quoniam tu sedes falsa oratio. erat autem uera cum scribebatur. Ergo simul scribebatur falsa et uera. Nam falsam uel ueram orationem uel opinionem esse: non hoc sed tale significat. Nam eadem oratio et in opinione. Et putas quod discit discens. hoc est quod discit. Discit autem aliquis hoc quod est tarde cito. Non ergo quod discit. sed ut discit dixit. et putas quod ambulat aliquis calcat. Ambulat autem totum diem. Aut non qui ambulat. sed cum ambulat dixit. Nec quando cyphum bibere qui bibit. sed ex quo. Et putas quod quis nouit uel inueniens uel discens nouit. Ex quibus autem hoc quidem inuenit. illud autem didicit: ambo neutrum. Aut quod quidem omne. illa autem non omnia et quoniam est quis tertius homo a se. et ab uno quoque. Nam homo et omne commune non hoc aliquid sed quale quid. uel ad aliquid aliquomodo. uel huiusmodi quid significat. Similiter autem et in corisco. et coriscus musicus utrum ipsum uel alterum. Nam hoc quidem hoc aliquid. illud autem quale significat. Quare non est ipsum exponere. Verum exponere non facit tertium hominem. sed idem quod hoc aliquid esse concedere. Non enim erit hoc aliquid esse idem quod callias et idem quod homo est. Neque si quis expositum non idem quod hoc aliquid esse dicat. sed idem quod quale: nichil distabit. Erit autem quod preter plures unum quid. ut homo. Manifestum ergo quoniam non dandum hoc aliquid esse quod communiter predicatur de omnibus. sed aut quale aut ad aliquid aut quantum. aut talium aliquid significare. Omnino autem in his que secundum dictionem sunt orationibus semper oppositum erit solutio. quam secundum quod est oratio. Ut si secundum compositionem oratio: solutio diuidenti. Si autem secundum diuisionem: componenti. Rursum si secundum accentum acutum: grauis accentus solutio. Si uero secundum grauem: acutus. Si autem secundum equiuocationem est: oppositum nomen dicentem soluere. Ut si animatum accidit dicere negantem non esse: monstrare quod est inanimatum. Si uero inanimatum dixit. hic autem animatum collegit: dicere quia est inanimatus. Similiter autem et in amphibolia. Si autem secundum similitudinem dictionis: oppositum

19

erit solutio. Ergo quod non habet dabit aliquis
aut non quod non habet sed ut non habet. ut
unum solum denarium. Ergo quod scit discens
uel inueniens scit. Sed non que scit et si qui
ambulat calcat: sed non cum. Similiter autem
et in aliis

Ad illos uero qui sunt secundum accidens: una
quidem eadem solutio ad omnes. Nam
quia indefinitum est quando dicen-
dum de re cum in accidente inest: et in quibus-
dam quidem uidetur et dicunt in quibusdam
autem non dicunt necessarium esse dicere con-
cordes similiter ad omnes. quoniam non necessarium.
habere autem oportet proferre ut. Sunt autem
omnes huiusmodi orationes secundum accidens. Ergo
nosti quod debeo te interrogare. ergo cognos-
cis uenientem uel coopertum. Ergo statua tuum
opus est. aut tuus canis pater. ergo rara pauci.
Manifestum enim in omnibus his. quoniam necesse est
quod de accidente et de re euenerunt esse. Solis enim
his que secundum substantiam sunt indifferentia
et que unum sunt: omnia uidentur eadem in-
esse. Bono autem non idem est et bonum esse et
futurum interrogari. Neque uenienti uel coop-
to: et uenientem esse et coriscum. Quare non si
[illegible]
eundem cognosco et ignoro. Neque si hoc est me-
um. Est autem opus: meum est opus sed uel
possessio uel res uel aliud quid. Eodem autem
modo et in aliis. Soluunt autem quidam
interimentes interrogationem. Dicunt enim
contingere eandem rem nosse et ignorare. sed
non secundum idem. Nam uenientem quidem
non noscentes coriscum autem noscentes: eundem
quidem nosse et ignorare dicunt sed non secundum
idem quamuis primum quidem sicut iam
diximus oportet earum que secundum idem sunt
orationum eandem esse correctionem. Hoc autem
non erit: si quis non in nosse. sed in esse uel aliquo
modo se habere idem probamentum accipiat.
ut si hic est pater: est autem tuus. Nam sunt
quibusdam hoc uerum est. et contingit idem
nosse et ignorare: tamen hic nichil commu-
nicat quod dictum est. Nichil autem prohibet
eandem orationem plures fallendi occasio-
nes habere. sed non omnis fallacie manifesta-

tio solutio est. Contingit enim quoniam falsum
sillogizauit ostendere aliquem [illegible] quid
autem non ostendere [illegible]
[illegible]
[illegible]
le. peccat. et similes sillogizat. Non enim est hec
solutio. Erat enim solutio manifestatio sillogis-
mi falsi. secundum quod falsus. Si ergo non sillogiza-
uit: uel uerum uel falsum conetur colligere:
illius manifestatio solutio est. Forsitan autem et
hoc in quibusdam nichil prohibet accidere ue-
rum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
non nosse. Sic enim idem nosset et non nosset.
sed non secundum idem. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
sum esse dicant: omnia enim esse et mutuum et
paucum: peccant. Quidam autem et dupli-
ces soluunt sillogismos. ut quoniam tuus est pater uel
filius. uel seruus quamuis manifestum quoniam si
in eo quod multipliciter dicitur uidetur elenchus:
oportet nomen uel orationem principaliter esse
plurium. Hunc autem esse huius natum nemo
dicit proprie: si dicitur tamen est nati. sed secundum acci-
dens compositio est. putasne est hoc tuum.
Utique est autem hoc natum. Tuum ergo hoc na-
tum. quoniam accidit esse et tuum et natum. sed non
tuum natum. et esse malorum quoddam bonum.
Nam prudentia est disciplina malorum. Hoc
autem horum esse: non dicitur multipliciter
sed possessio. Quod si forte multipliciter: nam
et hominem animalium dicimus esse sed non pos-
sessionem. Et si quid ad mala dicitur ut ali-
cuius. propter hoc malorum est: sed non hoc ma-
lorum. Secundum quod ergo et simpliciter uidetur
quamuis contingit forsitan bonum esse aliquid
malorum dupliciter. At non in oratione hac.
Sed si quid seruum sit bonum mali: magis.
Forsitan autem nec sic. Non enim si bonum et huius:
bonum huius. Similiter autem neque hominem di-
cere animalium esse: dicitur multipliciter. Non
enim si quandoque quid significamus auferentes.

hoc dicatur multipliciter. Nam et dimidium
dicentes uersum: da michi Iliada. significant
ut iram pande dea. Eos uero qui sunt in eo quod
principaliter hoc uel quo. ut ubi. uel aliquo modo
uel ad aliquid dicuntur et non simpliciter:
soluendum considerantem conclusionem ad con-
tradictionem: si contingit horum aliquid pas-
sum esse. Nam contraria et opposita et affirmati-
onem et negationem simpliciter quidem im-
possibile inesse eidem. quo autem utrumque uel ad
aliquid uel aliquo modo. aut hoc quidem quo. il-
lud autem simpliciter: nichil prohibet. Quare si
hoc quidem simpliciter. illud autem quo:
nondum elenchus. Hoc autem in conclusione
considerandum ad contradictionem. Sunt
autem omnes huiusmodi orationes hoc haben-
tes. Ergo contingit quod non est esse. Est autem
quid quod non est. Similiter autem et quod
est non erit. Non enim erit quid eorum que sunt.
Si contingit eundem simul bene iurare et
periurare. Ergo possibile est eundem simul ei-
dem suadere et dissuadere. aut non et esse quid
et esse idem. Quod autem non est: non si est quid
et est simpliciter. Neque si bene iurat hoc. aut se-
cundum hoc: necesse est et bene iurare. Nam
qui iurat periuraturum: bene iurat periurans
hoc solum. bene autem iurat non. neque qui
dissuadet suadet. sed quid suadet. Similis
autem ratio et de eo quod est mentiri eundem
singulum et uerum esse. Sed quia non est facile
simpliciter neque quomodo quasi assignare. Simpliciter
dicatur esse uel mentiri: difficile uidetur. prohi-
bet autem eundem nichil. Simpliciter quidem
esse mendacem. quo autem uerum uel aliquo
et esse uerum aliquem uerum autem non.
Similiter autem et in ad aliquid. et ubi et
quando. Omnes enim huiusmodi orationes secundum
hoc accidunt. Ergo sanitas uel diuitie bonum.
Sed insipienti et non recte utenti: non bonum.
Bonum ergo et non bonum. Ergo sanum esse uel
posse in ciuitate bonum. Sed est quando non
melius. Idem ergo eidem bonum et non bo-
num. Aut nichil prohibet quod simpliciter
est bonum: huic non esse bonum. aut huic
quidem bonum: sed non nunc. ut non in
hoc bonum. Ergo quod non uolet sapiens
malum. amittere autem non uult bonum

Malum ergo bonum. Non enim idem dicere
malum esse bonum et amittere bonum. Similiter
autem et que de fure est oratio. Non enim si ma-
lum est fur. et sumere est malum. Non ergo ma-
lum uult sed bonum. Nam sumere bonum bo-
num. Et egritudo malum est. sed non amittere
egritudinem. Ergo iustum iniusto. et quod iuste
eo quod iniuste magis eligendum. Ergo ius-
tum est sua habere quemque. Que autem ali-
quis iudicat secundum opinionem suam. et si sit
falsus: sua sunt singula ex lege. Idem ergo ius-
tum et non iustum. et utrum oportet iudicare
eum qui iusta dicit uel qui iniusta. At uero eum
qui iniuriam passus est iustum est sufficienter
dicere que passus est. Ea autem erant iniusta.
Non enim si parti aliquid iniuste eligendum: hoc
quod iniuste eligendum magis quam quod
iuste. Sed simpliciter quidem quod iuste; hic
autem nichil prohibet iniuste quod iuste. et ha-
bere sua iustum. aliena autem non iustum
Iudicium uero hoc iustum esse: nichil prohibet. ut
si sit secundum opinionem iudicantis. Non enim
si iustum hic. uel sic: et simpliciter iustum.
Similiter autem et que iniusta sunt: nichil
prohibet dicere ea iustum esse. Non enim si di-
cere iustum: necesse est iusta esse. Sicut nec
si male est dicere, uerum. Similiter autem et in-
iustis. Quare non si que dicuntur iniusta qui
dicit iniusta uincit. Dicit enim que dicere
est iusta. Simpliciter autem et pati iniusta
His autem qui secundum diffinitionem fiunt elen-
chi. quemadmodum scriptum est prius obui-
are considerantes conclusionem ad contradic-
tionem ut sit idem. et secundum idem et ad idem.
et similiter et in eodem tempore. Si uero in principio
interroget: non dicendum quoniam impossibile
est idem esse duplum et non duplum. sed dicen-
dum non sic autem ut erat redarguere con-
cessum. Sunt autem omnes hee orationes secundum
hoc. Putas quod scit singulum quis singulum nouit
rem. et qui ignorat similiter. Sciens autem
quis Coriscum quoniam Coriscus ignorabit quoniam musi-
cus. Quare idem scit et ignorat. Putasne
tricubitum tricubito maius. Fiet autem ex
tricubito tetracubitum secundum longitudinem.
Maius autem minore maius. Ipsum ergo ip-
so secundum idem maius et minus. Illos uero qui secundum

in eo quod petunt et accipiunt quod in principio est quesitum. si sit manifestum: non dandum nec si probabile sit dicenti uerum. Si autem lateat: [illegible] talium orationum. ad interrogantem transuertendum uelut non arguentem. Nam elenchus sine eo quod ex principio. Deinde quia datum est. non ut hoc utentur: sed ut ad hoc disputarent contrarium uel in secunda elenchis. Et eos qui per consequens. contendentes. in ipsa oratione monstrare. est autem duplex sequentium consequentia. aut enim ut particulare sequitur uniuersale ut hominem animal. Probant enim si hoc cum illo et illud esse cum hoc: aut secundum oppositiones. Nam si huic est illud consequens et opposito oppositum secundum quod et mellissi ratio. Nam si quod factum est habere principium: ingenitum probat non habere. Quare si ingenitum est celum: et infinitum. hoc autem non est. E contrario enim consequentia. Qui autem in eo quod additur aliquid sillogizant: considerandum si ablato accidit nichil minus impossibile. Deinde hoc ostendendum. et dicendum quoniam dedit non ut uideretur: sed ut ad orationem. qui uero usus est nichil ad orationem. Ad eos autem qui plures [illegible] faciunt: statim in principio determinandum. Nam interrogatio una ad quam una responsio est. Quare neque plura de uno. neque unum de multis. sed unum de uno dicendum uel negandum. Sicut autem in equiuocis quandoque quidem ambobus quandoque autem neutro inest: quare cum non simplex est interrogatio simpliciter respondentibus nichil accidit pati: similiter et in his. Quando ergo plura uni uel unum pluribus inest uel non inest simpliciter danti et delinquenti hoc peccatum nichil contrarium accidit. Quando autem huic quidem. illi autem non. aut plura de pluribus: et est quoniam insunt ambo ambobus. Est autem quoniam non insunt rursum. Quare hoc formidandum. ut in his orationibus. si hoc quidem est bonum. illud autem malum: quoniam hoc uerum est dicere bonum et malum et rursum neque bonum neque malum. Non enim est utrumque utrumque. quare idem bonum et malum et neque bonum neque malum. Et si singulum

ipsum. sibi idem et alii diuersum. Quoniam autem non aliis eadem sed sibi. et diuersa aliis. ipsa sibimet diuersa et eadem. Amplius. Si bonum quidem malum fit. malum autem bonum est: duo fient. Et duum et inequalium: utrumque ipsum sibi equale. Quare equalia et inequalia ipsa sibi. Cadunt ergo hee orationes et in easdem solutiones. Nam ambo et omnia plura significant. Non ergo idem [illegible] accidit dicere et negare. hoc autem [illegible] [illegible]. Sed manifestum quoniam [illegible] una interrogatio plures fiant sed unum de uno dicat uel neget: non erit impossibile. Similiter autem qui deducunt ad idem frequenter dicere: manifestum quoniam non dandum [illegible] que ad aliquid dicuntur significare quid separatas per se predicationes. ut duplum sine eo quod est duplum dimidii quoniam in eo uidetur. Nam et decem in uno minus decem. et facere in non facere. et omnino in negatione dictio. Non tamen si quis dicit hoc non esse album. dicit idem album esse. Duplum autem neque significat nichil fortasse quemadmodum neque quod in dimidio est. Quod si forte significat. at non idem et copulatum: neque scientia in specie. ut si est medicina scientia ipsum ipsum quod commune. illud autem erat scientia scibilis. In his autem per que ostenduntur predicatis: hoc dicendum quoniam non idem est extra et in oratione quod ostenditur. Nam cauum communiter quidem idem significat in simo et in crure. additum autem nichil prohibet hoc quidem naso. illud autem cruri significare. Nam hinc quidem: simum. illinc autem uarum significat. et nichil differt dicere nasus simus et nasus cauus. Amplius. Non dandum est dictio secundum nominatiuum. falsum enim est. Non enim est simum nasus cauus. sed nasi hoc passio. Quare nichil inconueniens si nasus simus nasus est habens cauitatem nasi.

De soloecismis autem secundum quid quidem uidentur accidere: diximus prius. Quomodo autem soluendum: in ipsis orationibus erit manifestum. Omnes enim huiusmodi hoc uolunt construere. Putas quod dicis uere et est hoc uere. Dicis autem esse quid lapidem. Est ergo quid lapidem aut dicere lapi

dem non est dicere quod sed quē. Hec hoc. sed hunc. Si ergo dicat aliquis. putas quem uere dicis. ēē hunc. non uidetur romane loqui. quemadmodum neq; si dicat. Putas quam dicis ēē est hic. Lignum autem dicere sic. uel quęcq; neq; femininum neq; masculinum significant. nichil differt. Quare et non fit soloecismus si quod dicis ēē. est hoc. Lignum autem dicis ēē. Est ergo lignum. Lapis autem et hic masculinum habent declinationem. Quod si quis dicat. putasne est hic illa. deinde rursum. quid autem non hic est coriscus. ita dicat. Est ergo hic illa. non sillogizauit soloecismum. nec si coriscus significet idem quod illa. non dat autē qui respondet. sed oportet hoc ad interrogare. Si autem neq; est neq; dat. non sillogizauit. neq; in eo quod est quid. neq; ad eum qui interrogatus est. Similiter ergo oportet & illic lapidem significare hic. Si autem neq; est neq; datur. non dicenda est conclusio. Apparet autem eo quod dissimilis casus nominis similis uidetur. Putas uerū ē dicere. qm̄ est ista id quod ēē ais eam. ēē autem ais aspidem. Est ḡ ista aspidem. Aut non necesse est. si non ista aspidem significat. sed aspis. aspidem autem istam. Neq; si quem dicis ēē. hunc. est hic. Dicis autem esse cleonem. Est ḡ hic cleonem. Non enī est hic cleonem. Dictum est enim qm̄ quem dico ēē hunc est hic. non hunc. Neq; enim dicetur romane sic interrogatio dicta. Putas scis hic. hoc autem ē lapis. Scis ergo lapis. aut non idē significat hoc. in putas scis hoc et in hoc autē lapis. Sed in p̄imo quidem hunc. in posteriore autem hic. Putasne cuius scientiā habes scis hoc. Scientiam autem habes lapidis. Scis ergo lapidis aut huiq; quidē. lapidis dicis. hunc autem lapidem. Datū ē autem cui scientiam habes scis. non huius sed hoc. Quare non lapidis sed lapidem. Qm̄ ergo huiusmodi orationes non sillogizant soloecismum sed uidentur. & ppter quid uideantur. & quomodo ē obuiandum eis. manifestum ex his quę dicta sunt. Oportet etiam intelligere. qm̄ omniū orationum. alię quidem sunt faciles conspici. alię autem difficiliores sedm̄ quid et in quo paralogizant audientem frequenter eędem illis

Nam eandem orationem oportet uocare quę sedm̄ idem fit. Eadem autem oratio aliis quidē sedm̄ dictionem. aliis uº sedm̄ accidens. aliis autē sedm̄ aliud uidebitur ēē eo quod translatum unumquodq; non similit̄ est manifestū. Quemadmodum ḡ in his quę sunt sedm̄ equiuocationem. qui modus uidetur ēē leuissimus paralogismorum. hęc quidē & quib; libet sunt manifesta. Nam & orationes pene ridiculę om̄s sē sedm̄ dictionem. ut uir ferebatur gradatim sedens. & boreas purus. non pdidit enim pauperem & uita bouum antea pariet. neutra sed posterius ambo. Eodem autem modo & aliarū pene plures. illa autem & peritissimos uident̄ latere. Signum autem horum qm̄ litigant sepe de nominib; ut utrum idem significet de omnib; ens. & unum uel aliud. Aliis autē uidetur idem significare ens & unum. Alii autem zenonis orationem & parmenidis soluunt eo quod multiplicit̄ dicant unū dici & ens. similit̄ autem & in accidente. & in aliis singulis alię quidem orationum uidentur faciles uideri alię uº difficiliores. & sumere in quo genere & utrum elenchus uel non elenchus. non facile similiter in om̄ib;. Est autem acris oratio quę dubitare facit maxime. Mordet enim hęc maxime. Dubitatio autem est duplex. hęc quidē in sillogizatis quam eligat quis interrogationū. illa autem in litigiosis quomodo dicat quis propositum. Quapropter in sillogisticis acriores orationes. quęrere magis faciunt. Est autem sillogistica quidem oratio acerrima. si ex quā maxime apparentib; quam maxime pbabile interimit. Nam cum una est oratio. transposita contradictione omnes similiter habebit sillogismos. Semp enim ex pbabilib; similiter probabile interimet uel construet. Quapp̄ dubitare necessarium. Maxime ergo huiusmodi acris quę ex equo conclusionem facit interrogationib;. Secūda autem quę ex om̄ib; similib;. hęc enim similit̄ faciet dubitare quę interrogationum interimenda est. hoc autem difficile. Nam interimendum quidem. quid autem interimendum dubium. Litigiosarum autem acerrima quidem quę primum statī dubia est. utrum sillogizata ē. uel non. & utrum sedm̄ falsum ul̄ diuisionē solutio.

Secundum autem alteram que manifesta quidem quam secundum divisionem vel interemptionem est. Non est autem evidens per quam interrogationum interemptio vel divisio solvenda est, sed utrum secundum conclusionem aut secundum aliquam interrogationum est. Quandoque ergo non sillogizata oratio facilis est, si sunt valde improbabilia vel falsa que sumuntur; quandoque autem non digna despici. Nam quando deest aliqua talium interrogationum de qua oratio et propter quam et non assumit hanc et non sillogizat, fatuus sillogismus. Quando autem earum que extrinsecus, non despiciendus ullo modo. Sed oratio quidem habilis, interrogans autem interrogavit non bene. Et est quemadmodum solvere quandoque quidem ad orationem, quandoque autem ad interrogantem et interrogationem, quandoque vero ad neutrum horum, similiter et interrogare et sillogizare est et ad positionem et ad respondentem et ad tempus, quando est pluris temporis egens solutio quam presentis temporis disputatio ad solutionem. Ex quantis igitur et qualibus fiunt disputantibus paralogismi, et quomodo ostenderimus falsum et que extra opinionem sunt dicere faciemus. Amplius autem ex quibus accidit sillogismus et quomodo interrogandum et quis ordo interrogationum. Amplius autem ad quid sunt utiles omnes huiusmodi orationes et de responsione simpliciter omni et quomodo solvendum disputationes et sillogismos, dicta sunt de omnibus nobis hec. Reliquum est autem de eo quod ex principio erat proposito reminiscentibus dicere aliquid breviter et imponere finem dictis. Ergo sumpsimus invenire potestatem quandam sillogisticam de proposito ex his que insunt quam probabilissima. Hoc enim opus est dialectice per se et temptative. Quoniam autem conformatur ad eam propter sophistice vicinitatem, ut non solum experimentum possit sumere dialectice sed et quasi sciens, propter hoc non tantum dictum opus negocii proposuimus orationem posse sumere, sed etiam ut orationem sustinentes observemus positionem velut per probabilissima similiter. Causam autem diximus huius, quia et propter hoc Socrates interrogabat sed non respondebat; fatebatur enim non scire. Manifestum est autem in prioribus et ad quot et ex quot hoc erit et unde idonei erimus horum. Amplius autem quomodo interroganda vel ordinanda questio omnis et de responsionibus et solutionibus que sunt ad sillogismos. Manifestum est autem et de aliis quecumque eiusdem vie sunt orationes. Preter hec autem de paralogismis pertransivimus sicut diximus iam prius. Quoniam ergo habent finem sufficienter que proposuimus manifestum.

Oportet autem nos non latere quod accidit circa hoc negocium. Nam eorum que inveniuntur omnium que quidem ab aliis sumpta sunt prius elaborata, particulariter augmentata sunt ab eis qui acceperunt postea. Que autem ex principio inveniuntur, parvum in primis augmentum sumere solent, utilius autem plurimum illo qui postea ex his fit augmento. Maximum enim fortasse principium omnium ut dicitur, quare et difficillimum. Quanto enim optimum potestate, tanto parvissimum magnitudine difficillimum est videri. Hoc autem invento, facile est addere et augere reliquum. Quod et circa rethoricas orationes accidit. Pene autem et circa alias omnes artes. Nam qui principia invenerunt omnino ad parvum quid perduxerunt. Qui autem famosiores sunt, assumentes a multis velut ex successione particulariter colligentibus sic auxerunt: Tysias quidem post priores, Thrasimachus vero post Tysiam, Theodorus autem post hunc, et multi multas coadunaverunt partes. Quapropter nichil mirum si habet multitudinem quidam ars. Huius autem negocii non hoc quidem erat, illud autem non erat perscrutatum sed nichil omnino inerat. Nam eorum qui circa litigiosas orationes erant mercenarii similis quedam erat doctrina Gorgie negotio. Rationes enim hi quidem rethoricas, illi autem interrogativas docebant ediscere, in quas sepius cadere solebant utrique alterorum orationes. Quapropter velox quidem sine arte autem erat doctrina discentibus ab eis. Non enim artem sed que ab arte sunt dantes erudire arbitrati sunt. Velut si quis disciplinam dicat tradere ut non doleant pedes, deinde sutoriam quidem non doceat neque unde possint inveniri talia, det autem plura genera omnimodorum calceorum. Hic enim profuit

quidem ad utilitatem, artem autem non tradidit. Et de rhetoricis quidem erant multa et antiqua dicta. De sillogismis autem omnino nichil habuimus prius aliud dicere quam attentione querentes multum tempus laboraremus. Si autem videtur considerantibus nobis velut ex his que a principio erant habere ars sufficienter supra alia negotia que ex traditione adaucta sunt, reliquum erit omnium vestrum vel eorum qui audierunt opus: omissis quidem artis indultionem, inventis autem multas habere gratias.

Multa veteres philosophie duces posteritatis studiis contulerunt in quibus priusquam ad res profunda caligine mersas pervenirent quadam quasi intelligentie luctatione preluderent. Hinc institutionem breviorem pro compendii facilitate doctrina. Hinc pertractata que illi prolegomena vocant ad intelligentiam promptior via munitur. Huius igitur emulus prudentie statim obscuratum aditus doctrinarum premisse institutionis luce reserare presentemque operam syllogismis quorum connexionibus omnis ratio continetur addicere. Modumque eum custodire dicendi ut facilitati atque intelligentie servientes astringamus a veteribus dicta latius enuntiata brevius porrigamus. Obscurata improprium sermonis consueti vocabuli proprietate pandamus. Sed qui ad hoc opus lector accedit ab eo primitus petitum velim, ne in his que nunquam alias attigerit statim audeat iudicare. Neve siquid in ludo puerilium disciplinarum rudis adhuc et nondum firmius accepit id amplexandum atque etiam colendum putet. Alia enim teneris atque inbuendis adhuc auribus accommodata sunt, alia firmis ac robustioribus doctrina mentibus reservantur. Quare siquid est quod discrepet ne statim obstrepat, sed ratione consulta quid ipse sentiat quid nos ponamus veriore mentis acumine et subtiliori consideratione diiudicet. Ita namque eveniet ut que in priore statim studendi aditu didicerunt perspecta penitus ac potius deprehensa contempnant. At si iam quisque sue sententie defensor esse cupidus malit. Habent enim hoc quoque vitii homines quos comprehendit discendi vetustas

Longa [illegible] [illegible] opinioni-
bus [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] dixisse [illegible]
[illegible] quam [illegible] quae
vulgatas semel studiis imbiberunt nemo exspe-
ret inexplorata condempnent. Sed ut his maiora
quaedam astruant atque auctiora coniungant.
Non enim est una atque eadem diversarum ra-
tio disciplinarum, cum sit diversissimis dis-
ciplinis una atque eadem subiecta materies.
Aliter enim de qualibet orationis parte gram-
matico, aliter dialectico disserendum est. Hec
eodem modo lineam vel superficiem mathemati-
cus ac physicus tractant. Quo fit ut altera
alteram non impediat disciplina, sed multarum
consideratione coniuncta fiat vera naturae
atque omnibus explicata cognitio. Sed de his hacte-
nus. Nunc de propositionibus ordiamur. Quoniam igitur
nobis in hoc opere in cathegoricis sillogismorum
compago propositionibus texitur, propositionum
vero partes sunt nomen et verbum, pars autem
a toto cuius pars est prior est, de nomine et verbo quae
propositionis prima sunt disputatio prima ponatur, dehinc
de propositione atque ad ultimum de sylogis-
morum connexione tractabitur.

Nomen est vox significativa secundum placitum
sine tempore, cuius nulla pars significativa
est separata. Quae diffinitio paulo moderatius expli-
canda est. Nomen enim vocem esse diximus, quia vox
nominum genus est. Omne autem genus de sua
specie praedicatur, [illegible] diffinitio [illegible] su-
mitur, ut diffinias hominem prius animal di-
cas quod est genus. Post vero differentias iungas
quae sunt rationale mortale. Ita igitur nos quoque in
nominis diffinitione vocem quidem ut genus
sumimus. Cetera autem voci quasi differenti-
as aggregamus, velut quod nomen designativa
vox dicitur. Sunt enim voces quae nichil desig-
nant, ut sillabe. Nomen vero designativa vox est,
quoniam nomen designat semper id cuius nomen est. Secundum
placitum vero adiunctum est, quod nullum nomen
natura significat, sed secundum placitum ponentis
constituentisque vocabulum. Illud enim unaquaeque
res dicitur quod ei placuit qui prius nomen
impressit. Alias enim sunt voces naturaliter
significantes, ut canum latratus iras canum
significat, et alia eius vox blandimenta.

Gemitus etiam designat dolorem. Sed non sunt
nomina, quia non designant secundum placitum, sed
secundum naturam. Sine tempore vero quia verba
voces sunt significativae et secundum placitum sunt,
sed distant nominibus quod nomina quidem sine
tempore sunt, verba cum tempore. Cuius vero nulla
pars est significativa separata, nomina ab orati-
one disiungit. Oratio vero vox est designativa et
secundum placitum et aliquotiens sine tempore, ut
[illegible]
ibile. Si orationis partes separatae et tota oratio
designant. Nominum vero nichil extra significat.
[illegible] quidem nominibus quae figurae sunt sim-
plicis nichil partes [illegible] significare [illegible]
[illegible] quod est Cicero nulla pars
separata designat, neque ci, neque ce, neque ro. At
si nomen compositum fiat, significare aliquid
separatae partes videntur. Sed in eodem nomi-
ne quod extrinsecus compositum est separatae
nichil designant, ut si dicatur magister, par-
tes huius nominis sunt magis et ter, quae sumptae
extrinsecus et a nominis partes separatae signifi-
catione non carent. Utraque enim adverbialiter
significant quantitatem. Sed cum magister
quod est compositum nomen alicuius artis
peritum doctoremque significet, magis neque
partem doctoris neque totum doctorem poterit
designare. Eodem quoque modo ter neque in
toto significat neque in parte doctorem. Quo
fit ut magis vel ter doctorem, id est rem illam
quae magistri vocabulo subiecta est, nulla ratione
significent. Compositorum ergo nominum partes
nichil eius rei quam in unum convenientes vo-
[illegible]
significant. Alia vero significare possunt, sed tamen
non partes nominis, sed ipsa sunt nomina. Quod
enim iuncta consignificant, id divisa atque seposi-
ta non designant. Iuncta autem magis et ter
doctoris significationem reddunt. Separata igitur
omnem significationem doctoris amittunt.
Sed ne quis superius posito calumpnietur exem-
plo nec magister compositum nomen esse conce-
dat, vir fortis esse compositum si unum proferatur
[illegible]
fortis si quid in eo quod est vir fortis signifi-
care dicantur, nominis partes sed ipsa sunt
nomina. Et vir fortis non erit nomen sed

potius oratio. que duum nominum collata sig-
nificationum coniungitur. Quod uero fiunt unius
accentus intentione prolatum est. non est oratio
sed nomen. partes enim nomina esse non pote-
runt. At si nomina nomina non sunt. cum ne-
que naturalis affectus. neque ut uerba significent
omnino nichil designant. Quare concludendum
est. cum quelibet propriam significationem te-
neant. non partes nominum sed ipsa esse nomi-
na. Cum uero unius formam nominis copula-
uerint et consideratur partes uniusque pro
significationis amittere. Sed de his in commen-
tario peryermenias libri aristotelis satis dictum
est. et maior est ei tractatus. quam ut nunc
totus ualeat expediri. ∫ Sed quoniam sunt que-
dam uoces que et designatiue sunt et secundum
placitum et sine tempore. quarum partes ni-
chil extra significant neque tamen propter
nominis naturamque conseruent discernende
prius sunt additisque differentiis a nomine se-
gregande. ut que sit uis nominis euidenter ap-
pareat. Adiecta enim semper negatio nomini
uocem dubiam facit. que neque uerbo neque ora-
tioni. et si uerius consideratum sit neque no-
mini possit adnecti. Ut si quis dicat non ho-
mo uox esse significatiua. designat enim quicquid
homo non fuerit. Secundum placitum. Eas enim
partes habet quas ad significationes uel nega-
tionis hominis placitum uocabula ponen-
tis assumpsit. Sine tempore. Queres eam uo-
cem que dicit non homo seiungit a uerbo. Cuius
partes nichil extra significant ne oratio esse
uideatur. non homo enim uox est iuncta
ex negatiua particula et homo est. Cuius in
eo nomine separata nichil designant. Signi-
ficat enim non homo uel non equum uel canem
uel quicquid ut dictum est homo non fuerit.
Sed non que est negatio neque equus neque canis
neque ullius substantie significationem tenet. uel
homo neque equum neque canem nec quicquid ho-
mo non fuerit significare potest. Quocirca in
uoce que est non homo. partes nichil separate
significant eius rei quam tota uocis compo-
sitio designabat. Atque ideo ne in oratione
quidem poni potest. Si quis enim uocem eam
que est non homo orationem esse contendat. ni-
chil aliud eam esse faciebat quam negationem

Negatio uero hominis. uera uel falsa est. Qui autem
dicat non homo neque ueritatem enuntiat neque
mendacium. Preterea ab omni negatione. si quis
negationem si iungit aduerbium affirmationem re-
linquetur. Ab ea autem uoce que est non hominis
si quis auferat id quod est aduerbium negatiuum. ho-
mo relinquetur quod nondum est affirmatio.
Quocirca si non homo uox negatio esse potest. ni-
chil autem aliud esse uideretur. si esset oratio
concludendum est negationem iunctam cum
nomine orationem esse non posse. Quod si neque
uerbum est neque oratio. nichil restat aliud nisi
ut sit nomen. quandoquidem in diffinitionem no-
minis cadet. Sed hoc fieri non potest. Nomen enim
omne certum aliquid diffinitumque significat. ut
homo canis equus et cetera. Non homo autem uox au-
fert quidem quod significatur a nomine. nec prescri-
bit quid ipsa designat. Quocirca quoniam significat
quidem aliquid. sed non finitum negatio iunc-
ta cum nomine infinitum nomen uocatur. Ad-
denda est igitur diffinitioni nominis differentia
scilicet ut nomen sit quod cum ceteris que dic-
ta sunt finite sit significationis. ∫ Nam autem ca-
sus nominum non aliis intuentibus nomina
uideantur. Quis enim catonis et catoni cicero-
nis. et ciceroni atque huiusmodi uocem que rec-
tis nominibus inflectuntur nomina esse non
estimet. Sed hec quoque uoces a nomine qua-
dam differentia discrepant. Omne enim nomen
iunctum cum uerbo enuntiationem reddit
suscepti mendacii ueritatisque naturam ut cato
est. uel dies est. At si est uerbum casibus adiunga-
tur. neque enuntiatio sit neque plena sententia
orationis absoluitur ut catonis uel ciceronis
est que sententiam non habet absolutam. nec
ueri aliquid possunt notare nec falsi atque ic-
circo non nomina sed casus nominum nuncu-
pantur. Nam cum id a quo aliquid inflectitur
primum sit. illud uero ab inflexione primi nascitur
sit secundum neque id primum ac secundum esse possit ma-
nifestum est casus nominum non idem esse
quod nomina. Icirco ceteros quidem geniti-
uum datiuum accusatiuum casus gram-
matici appellant. Primum uero rectum ac no-
minatiuum quod hic locum principem in sig-
nificatione possit. Facienda est igitur nominis
plena neque ullo diminutiua diffinitio sic.

Nomen est vox significativa secundum placitum sine tempore cuius nulla pars separata significativa est [illegible] definitum designans cum est verbo [illegible] enuntiationem. Separate ergo [illegible] vox [illegible] [illegible] [illegible] sunt. Designativa [illegible] secundum placitum a vocibus aliquid naturaliter significantibus. Sine tempore a verbo quod a significatione temporis non recedit. Cuius nulla pars separata significat ab oratione cuius quemadmodum partes extra significant paulo posterius disseram. Aliquid definitum designans ab his vocibus quae nomen negationemque coniungunt et nomina faciunt infinita. Cum est verbo faciens enuntiationem a casibus qui cum est verbo copulati non possunt plenam proferre atque explicare sententiam.

In verbo quoque eadem fere conveniunt nisi quod significatione temporis a nomine separatur. Omne enim verbum actionem passionemve designat quae proferri sine temporis notatione non possunt. Est itaque verbi diffinitio haec. Verbum est vox designativa secundum placitum cum tempore cuius nulla pars significativa est separata. Ut currit vivit. Sed si verbis negativa copulentur adverbia fient infinita verba sicut fieri nomina diximus infinita ut non currit et non vivit. Nam cum currit aut vivit certum aliquid finitumque designat. Addita negatio id quidem quod a verbo designatur intercipit. Quid vero aliud dicat tali significatione non terminat. Praeterea negatio iuncta cum verba sive in eo quod est sive in eo quod non est recte dici potest ut homo non vivit. Non esse autem orationem aut enuntiationem negativam illa prius argumenta monstrabunt quae infinitum nomen ab oratione aut negatione dividebant. Sed quoniam principaliter praesentia quoque sentimus his autem rebus quas praesentes sensu concipimus indita a mortalibus vocabula esse manifestum est. recte dicitur verbum semper significationem temporis habere praesentis. aut currit vivit. Curret autem et vivet. et currit aut vivit non sunt verba sed verborum casus. scilicet quod a praesentis temporis significatione flectantur. Est ergo verbi plena diffinitio sic. Verbum est vox significativa secundum placitum cum temporis significatione praesentis. cuius nulla pars significativa est separata. aliquid finitum designans.

Restat ergo ut de oratione dicamus sed prius videtur esse demonstrandum utrum nomen et verbum sola in partibus orationis ponantur an ut grammatici volunt et reliquae orationis partibus debeant aggregari. Grammatici enim considerantes vocum figuras octo orationis partes annumerant. Philosophi vero quorum omnis de nomine verboque tractatus in significatione constitutus duas tantum orationis partes esse docuerunt quicquid plenam significationem tenet. siquidem sine tempore significat nomen vocantes. Verbum vero si cum tempore. atque ideo adverbia quidem atque pronomina nominibus adiungunt. Sine tempore enim quoddam constitutum definitumque significant. Nec interest quod flecti casibus nequeunt. Non est enim hoc nominum proprium ut casibus inflectantur. Sunt enim nomina quae [illegible] aptota nominantur. Participium vero quia temporis significationem trahit et si cum casibus afferatur. verbo tamen recte coniungitur. Interiectiones autem siquidem naturaliter significent nec verbo nec nomini copulandae sunt. Verbi enim ac nominis diffinitiones haec non esse naturalia sed a ponentis placitum constituta. atque ideo nec in orationis partibus numerabuntur. Oratio enim positionem significat. Nam si naturaliter significaret oratio non diversa gentes omnes loquerentur. Sin vero interiectionum positione significant recte nominibus adnumerabuntur. Quae vero ipsa quidem nulla propria significatione nituntur cum aliis vero iuncta designant ut coniunctiones atque praepositiones illae ne partes quidem orationis esse dicendae sunt. Oratio enim ex significativis partibus iuncta est. Quocirca recte nomen ac verbum solae orationis partes esse dicuntur.

Oratio est vox designativa secundum placitum. cuius partes aliquid extra significant-


ficante. Dictio [illegible] habet simul cum nomine ac
uerbo commune quod est uox. quod designa-
tiua quod secundum placitum est. Separatim uero cum
nomine quidem illi commune est. quod ali-
quando sine tempore est. ut in uirgilianis quae
supra diximus uersus. Herme galathea thi-
mo mihi dulcior hyble & qui sequuntur. Candidior
cignis et edera formosior alba. Cum uerbo
autem [illegible]
ficatione profertur. Ut si qua tui condonis
habet te cura. uenito. Differt uero ab utroque
quod partes orationis a tota separatae orati-
one significant. Sunt enim partes orationis no-
men et uerbum quae singulatim designatiua
esse dum ea diffinitemus ostendimus. Signifi-
cant igitur partes orationis ut dictio non af-
firmatio. quamquam etiam aliquotiens quidem
ut affirmatio. sed non semper aliquotiens qui-
dem ut affirmatio. sed non semper tamen sed
semper ut dictio. Est enim ut dictio simplex
uerbi ac nominis nuncupatio. Nam cum di-
cimus si dies est. lux est. hanc totam orationem
[illegible]
lux est. utraque pars ut affirmatio significat
Dies est enim & lux est affirmationes esse ma-
nifestum. Et ad simplicitatem tota orationis
membra carpemus. usque in nomina ac uerba
postrema fiet resoluta. Dicemus enim partes
esse superius propositae orationis dies et lux & est
quae per se prolata non sunt affirmationes sed
tantummodo dictiones. Omnis uero oratio quae ex
[illegible]
na solui potest. Non uero orationem omnem in
affirmationes cedi possibile est. uelut si quis di-
cat lux est. Huius partes sunt lux atque est. quas
non esse affirmationes sed simplices dictiones
nullus ignorat. Cum ergo oratio quod non sem-
per in affirmationes solui queat semper autem
in simplices dictiones iure dictum est orati-
onis partes aliquid extra designare non ut
affirmationes sed potius ut dictiones. Orati-
onis species ut artissime diuidamus sunt
quinque. interrogatiua ut quo te meri pedes
an quo uia ducit in urbem. Imperatiua ut
suggere tela mihi. Inuocatiua ut dii maris
[illegible]. Deprecati-
ua ut ferte uiam uento facilem & [illegible]

[illegible]. Enuntiatiua ut est [illegible]
[illegible]. Quarum quidem prae-
[illegible]
[illegible]
[illegible] uel [illegible] uel parant. Enun-
tiatio uero semper esse aliquid uel non esse significat
atque ideo sola enuntiatio est in qua ueritas uel
falsitas inueniri queat. Unde etiam enuntia-
tionem [illegible]. Est enim enuntiatio
quae uerum falsumue designat. Hanc etiam
proloquium uel propositionem [illegible] uocant.
Quae quidem partim simplex partim compo-
sita est. Simplex est quae conditione seposita
esse aliquid uel non esse proponit. ut plato phi-
losophus est. Composita uero quae ex duabus simpli-
cibus copulata conditione consistit ut plato
si doctus est philosophus est. Simplicium
enuntiationum alias in qualitate sitas.
alias in quantitate differentias inuenimus.
In qualitate quidem quod alia affirmatiua
alia negatiua est enuntiatio. Affirmatiua
enuntiatio est aliquid de aliquo significans
ut plato philosophus est. Philosophum enim
de platone predicamus. Negatiua uero enuntia-
tio aliquid ab aliquo predicatione seiungens
ut plato philosophus non est. Philosophum
enim a platone tali predicatione seiungimus.
Secundum quantitatem uero differentiae enuntiationum
sunt quod quaedam uniuersales sunt. aliae particu-
lares. aliae indefinitae. aliae singulares. Uniuer-
sales sunt quae siue affirment siue negent.
[illegible]
le subiectum ut omnis homo sapiens est. nul-
lus homo sapiens. Homo enim uniuersale quod-
dam est. Multos enim sub se indiuiduos co-
hercet & continet. qui uniuersaliter enuntia-
tur [illegible]. Par-
ticulares uero quae uel affirmando uel negando
ambitum uniuersalis subiecti in partem re-
digunt ut quidam homo sapiens est. quidam
homo sapiens non est. Hic namque uniuersalitas
hominis [illegible] particulari determinatione
minuta est atque in parte redacta. Indefini-
te uero sunt quae absque uniuersalitatis & particu-
laritatis determinatione dicuntur ut est homo
sapiens [illegible] homo sapiens. Singula-
res sunt quae de singulari aliquid et indiuiduo

26

affirmando negando ue proponunt ut socrates sapiens est socrates sapiens non est. Differt autem particularis propositio singulari. quod particularis quidem [illegible] aliquam subiectam [illegible] designat ut quidam homo sapiens est. quis iste homo sit propositio non declarat. Singularis uero [illegible] aliquam [illegible] et quis sit ille significat. ut socrates sapiens est. Unum enim et hunc socratem sapientem esse proponit. Amplius particularis omnis uniuersalem quidem terminum ponit. sed ei distrahit dum quantitatem particularitatis adiungit. ut in propositione quidam homo sapiens est. homo ipse uniuersalis est terminus. Multos enim [illegible] predicatione [illegible] dit. sed quia dicitur quidam adiunctum hominem [illegible] quod uniuersitate [illegible] particularitas fuisset adiuncta. In singularibus uero propositionibus predicatio [illegible] semper indiuidua supponuntur. ut socrates sapiens est. Socrates enim singularis est atque indiuiduus. Ideirco illa particularis dicitur propositio que partem ex uniuersitate detrahit. Hec singularis que in singularis atque indiuidui predicatione consistit. Simplicium uero enuntiationum partes sunt subiectum atque predicatum. Subiectum est quod predicati suscipit dictionem. ut in ea propositione que est Plato philosophus est. plato subiectum est. De ipso enim philosophus predicatur et in eo philosophi suscipit dictionem. Predicatum uero est quod dicitur de subiecto ut in eadem propositione. Philosophus enim dicitur de platone subiecto. Semper enim id quod subiectum est. uel minus. uel equale est predicato. Minus quidem ut in ea propositione de qua paulo ante tractauimus. Plato enim philosophi nomen non potest exequare. Neque enim plato [illegible] philosophus est. Equalis uero est subiectus terminus predicato ut si quis dicat homo risibilis. homo qui subiectus est predicato risibili coequatur. Unde fit ut possit reddi reciproca predicatio. scilicet ut uices subiectum predicatumque permutent. si atque subiectum quod erat predicatum. Verso ordine predicetur quod fuerat ante subiectum ut si dicatur quod risibile est. homo est. Omnia enim que sunt equalia de se inuicem predicantur. Ut uero id quod subiectum est maius possit esse predicato nulla prorsus enuntiatione contingit. Ipsa enim predicati natura minor esse non patitur. sed quod equale uel maius est uel semper de equali uel minore predicetur. Has uero simplicium enuntiationum partes idem predicatum atque subiectum terminos appellant [illegible] quod [illegible] fit postrema solutio. Itaque in singularibus uel indefinitis propositionibus duos semper terminos inuenimus. et uerbum quod propositionum determinet qualitatem ut in propositionum qua dicimus socrates sapiens. Socrates quidem ac sapiens terminos esse manifestum est. Est uero uerbum nomen terminus sed designatio qualitatis. Et enim qualis propositio sit. negatiua an affirmatiua significat. Et nunc quidem solo est uerbo propositioni accommodato. facta est affirmatio. At si non quod est negatiuum aduerbium esset adiunctum ita diceretur: Socrates sapiens non est. Atque hoc modo mutata qualitate fit ex affirmatione negatio. Est igitur et non est. non sunt terminum sed ut dictum est significatio qualitatis. Eadem omnia etiam indefinita propositione conueniunt. Quod si duabus orationis partibus constet ut si quis dicat socrates est uel dies est. uerbum est in gemina fungitur scilicet et in predicati est enim uerbum de socrate uel die predicatur uel significatione qualitatis. Idem namque est solum positum affirmatione cum negatiuo uero aduerbio perficit negationem. At si sint propositiones que differentias secum habeant quantitatem. ut sunt uniuersales et particulares eadem uis permanet terminorum. Omnis enim ac nullus et quidam non terminis adnumerantur sed enuntiationum significant quantitatem. Atque ideo recte quod subicitur ac predicatur termini nuncupati sunt quoniam in eos tantum resoluitur propositio. Cetera enim que simplicibus propositionibus adiunguntur aut qualitatem propositionum retinent. aut significant quantitatem. Propositionum ergo simplicium alie sunt que sibi nulla parte conueniunt ut plato philosophus est. et uirtus bona est. Utraque enim aliud quoddam de alio predicant nec habent aliquid in proponendi ratione commune. Illa enim platonem philosophum dicit. illa uirtutem

bonum esse pronuntiat. Aliae vero sunt quae aliqua
terminorum participatione iunguntur. Id autem
duobus fieri modis potest. Aut enim utroque
participantur termino aut altero. Utroque termi-
no conveniunt duobus modis. Aut enim eodem
ordine aut per ordinis commutationem. Eodem
vero ordine duplici modo vel simplices terminos
in utrisque constituas vel si per oppositionem
fiat participatio terminorum. Quod tribus
neque amplius continget modis. Nam vel pre-
dicatio vel subiectio vel utrisque terminis
negatio copulatur. Ordinis etiam commu-
tatione conveniunt duobus modis. Aut enim
per simplicem terminorum dictionem aut per eorun-
dem terminorum oppositionem. Haec quoque op-
positio terminorum duplicem recipit modum
cum negatio vel predicatio vel subiectio vel
utrisque coniungitur. Altero vero termino partici-
pant tribus modis. Vel cum in una propositione
qui predicatur in altera subiectus est vel cum
idem in utrisque predicatur vel cum in utrisque
subiectus est. Et quoniam omnium sibimet convenien-
tium propositionum ordinatissimam fecimus
divisionem nunc de singulis quibusque dicemus.
Ac primum de earum propositionum convenientia
quae cum utrisque participent terminis, par-
ticipandi tamen ordinem servant. Ea est
huiusmodi. Omnis homo sapiens est. Nullus homo
sapiens est. Utraque enim propositio hominem su-
biecit et predicat sapientem et cum utroque
termino congruant sunt tamen diverse
quoniam haec affirmatio est illa negatio. Et hoc
quidem exempli gratia dictum sit. Plenius vero
fiet de tali participatione tractatus hoc modo.
Cunctarum simpliciam propositionum dif-
ferentias vel in qualitate vel in quantitate
sunt constitutas. In quantitate cum uni-
versalitate propositio aut particularitate
vel indefinite vel singulariter profertur.
In qualitate vero cum haec quidem affirmativa
sit, illa vero negativa. Secundum duas differentias quae
in qualitate sunt constitutae quantitatis
differentiis aggregatis fiunt utrisque octo
differentiae. Sunt quae simul qualitatem quan-
titatem continent. Sunt autem istae hae:
affirmatio universalis, negatio universalis,
affirmatio particularis, negatio particula-
ris, affirmatio indefinita, negatio indefinita,
affirmatio singularis, negatio singularis.
Quarum quidem indefinitas singularesque pau-
lulum segregemus et de universalibus ac parti-
cularibus disseramus. Describatur ergo primum univer-
salis primum affirmatio. Omnis homo iustus est.
Cui adversum teneat locum negativa propositio.
Nullus homo iustus est. Item sub affirmatione
universali ponatur particularis affirmatio
Quidam homo iustus est. Hanc adversa res-
piciat, sitque universali negativae supposita
particularis negatio. Quidam homo iustus
non est.



Harum ergo affirmatio atque negatio universalis
qualitate quidem discrepant, sed quantita-
te concordant. Nam quod haec quidem affirmati-
va est, illa vero negativa, sed in qualitate differre.
Quod vero universalis est, utraque quantitate con-
veniunt. Harum ergo vel utrasque falsas vel
unam veram alteram falsam reperire possibi-
le est. Utrasque autem simul veras nequeunt in-
veniri. Nam in posita descriptione affirma-
tio quae est: Omnis homo iustus est, et negatio
quae est: Nullus homo iustus est, cum utraeque
autem sint universales neutra tamen vera est.
At si sit affirmatio: Omnis homo animal est, eaque
universaliter denegetur ita: Nullus homo ani-
mal est, ut ita: Omnis homo lapis est, Nullus homo
lapis est, unam veram alteram falsam esse neces-
se est. Atque ideo quotiens ea predicantur quae et
convenire subiecto et ab eo valeant segregari
et universaliter illa confirmat haec denegat, utrasque
esse falsas contingit velut superius posuimus exem-
plis. Iustitia enim cum esse in hominibus possit
non tamen ita inhaesit ut ab eis separari nullo
modo possit. Atque ideo neque omnis homo iustus
est neque omnis homo iustus non est. Contingit
utrasque mentiri. At si tale sit quod a subiecto
abstrahi separarique non possit vel quod num-
quam possit evenire subiecto et quae universa-
liter affirmativa est universaliter abnuatur

euenit, unam ueritatem, alteram semper habere mendacium. Sed [illegible] ut si a subiecto quod praedicatur non possit segregari, uera semper sit affirmatio, falsa negatio. Ac si quod euenire possit praedicatur, affirmatio quidem falsa sit, uera negatio. Nam quoniam animal ab homine non potest segregari, quae hominem esse animal confirmat uera est, falsa uero illa quae denegat. Item si quod non potest euenire praedicetur, fiatque affirmatio omnem hominem esse lapidem, atque aduersa propositio neget nullumque hominem esse lapidem contendat, negatio quidem iuncta ueritati est, affirmatio quidem iuncta mendacio. Simul autem ueras esse affirmationem uniuersalem uniuersalemque negationem nulla poterunt exempla monstrare. Atque ideo uniuersalis quidem affirmatio uniuersalisque [illegible] riis aliquid medium continentibus potest neutrum inesse subiecto, ut corpus neque nigrum sit neque album, quoniam est quod praeterea esse possit, ut rubrum. Item in contrariis medietate carentibus necesse est alterum semper inhaerere subiecto, ut omne animal aut dormit aut uigilat, quoniam inter uigilare et dormire nihil est medium. Ut autem simul atque in eodem utraque contraria reperiantur fieri nequit. Ita etiam in uniuersalibus affirmatione ac negatione utraque falsae sunt exemplo contrariorum quae aliquid medium claudunt; uel altera falsa, uero altera, sicut in contrariis quae medio carent, fieri posse manifestum est. Sed impossibilis est ut utraque sententia in ueritate conueniat, sicut nulla contraria simul esse patiuntur. Atque ideo uniuersalis affirmatio uniuersalisque negatio contrariae nominantur. Hae igitur non eam uim in ipsa semper aduersitate conseruant ut eis sit perpetua atque inconciliata discordia, nec se semper inuicem perimunt quae cum sententia dissideant, communi tamen falsitate concordant. Si igitur [illegible] necesse est ut esse alteram consequatur. Fieri enim potest ut neutra sit, uelut si omnem hominem iustum esse homines destruant, non est consequens ut nullus homo sit iustus. Quae autem sub his propositionibus collocantur, idem particularis

affirmatio atque negatio [illegible] habent. [illegible] Cum enim [illegible] intelligantur esse contrariae, subcontrarias necesse est quae sub uniuersalibus collocantur [illegible] particulares. [illegible] quod [illegible] Sed quamquam [illegible] atque ut utraeque sint uerae, facile propositis declaratur exemplis, ut uero utraeque falsae sint nunquam est inuenire. Nam si quod neque separari neque [illegible] ad esse subiecto alterutra iunctum propositio una est ueritati, altera cognata mendacio. Et si quid est quod a subiecto separari non potest praedicetur, [illegible] At quod subiecto impossibile est adesse dicatur, sola optinet negatio ueritatem, ut si quis enuntiet quidam homo animal est, et alius neget quidam homo animal non est, uel ita quidam homo lapis est, quidam homo lapis non est, utraque affirmationum negationumque oppositio uerum inter se falsumque partitur. Sed in prioribus quidem affirmatio, in posterioribus autem uera negatio est. At si quid euenire quidem possit, sed aliquando tamen a subiecto ualeat segregari, affirmatio particularis negatioque proponitur, utrasque ueras esse necesse est, ut quidam homo iustus est, quidam homo iustus non est. Ut uero utraeque falsae sint nulla poterunt exempla congruere. Quocirca ne istae quidem quas subcontrarias appellamus semper sese inuicem perimunt, quandoquidem aliquotiens in ueritate concordant. At si omnibus differentiis dissidentes ac sese semper inuicem destruentes inuenire contendit, respiciendae sunt angulares. Hae uero sunt uniuersalis affirmatio et negatio particularis, uel uniuersalis negatio et particularis affirmatio. His enim tantam inter se discordiam esse manifestum est, ut neque in falsitate unquam neque in ueritate conueniunt, semperque necesse est, cum affirmatio uera sit, negationem esse mendacem, cum ue

gationi. Adest veritas affirmationi et [illegible] Ac primum cum geminas esse propositionum differentias diximus, in qualitate scilicet et quantitate distributionis. Quod si hec universalis, illa est particularis, quantitate dissimilantur, hoc quoque in falsitate [illegible] universitate numquam poterunt convenire. Sunt enim de his terminis propositiones factae, quod adesse possibile est et non adesse subiecto, sive de his quae a subiecto nequeant segregari, sive de his quae subiecto adesse non possunt, unam semper veram esse, necesse est alteram falsam. Nam si talis terminus praedicatur, ut eum vel adesse subiecto, vel non adesse contingat, universales semper falsae fiunt, particulares verae. Si quis enim ita proponat: Omnis homo iustus est, atque alius neget: quidam homo iustus non est, universalis affirmatio falsa est, particularis negatio vera. Similiter autem si quis ita pronuntiet: nullus homo iustus est, atque alius affirmet: quidam homo iustus est, universalis negationis falsa, particularis affirmationis vera est sententia. Ita in his quae et adesse subiecto vel abesse contingunt, universales falsitati convincte sunt, particulares optinent veritatem. At si tales termini sint qui separari atque a subiecto dividi nequeant, sive illa sit universalis sive sit particularis, [illegible] semper in affirmatione veritas, in negatione mendacium. Ut si quis universaliter enuntiet: omnem hominem esse animal, alius particulariter neget quendam hominem animal non esse, affirmatio universalis verum loquitur, particularis negative falsa sententia est. Item si quis universaliter negando proponat: Nullum hominem animal, aliusque particulariter affirmet: quendam hominem esse animal, particularem affirmationem veritas [illegible], habet universalis negatio falsitatem. Quod si ea sint quae praedicantur, ut numquam possint adesse subiecto, seu ille universaliter seu particulariter proponantur, negationes ornat veritas, affirmationes falsitas decolorat. Si quis enim confirmet dicens: Omnem hominem esse lapidem, alius quendam hominem lapidem non esse respondeat, universalem affirmationem falsitas, particularem negationem

veritas tenet. Quod si ita quis universaliter neget: Nullus homo lapis est, et particulariter affirmet: quidam homo lapis est, universali constat negationi veritas, particularis affirmatio non caret falsitate. Quocumque igitur modo vel predicata vel subiecta mutaveris, semper universalem affirmationem particulari negative, et universalem negationem particulari affirmationi conferens angulari consideratione [illegible]. Si haec falsa est, illam veram contingit. Et si haec vera est, illam falsam necesse est inveniri. Atque idcirco has inter se oppositas et contradictorias nuncupamus. Et hactenus quidem affirmationes ac negationes adversis frontibus conferentes, quid eis discordiae ac diversitatis sit ostendimus. Nunc universalem affirmationem particulari affirmative et universalem negationem particulari negative adversitatis vel falsitatis convenientiam comparemus. Harum namque inter se nulla discordia est, atque ideo non de earum dissensu, sed de consensu potius videtur esse querendum. Primum igitur universalis affirmatio et particularis affirmatio subalterne dicuntur, quoniam altera subiacet alteri. Idem particularis affirmatio universali affirmationi supposita est atque subiecta velut pars intra totius semper [illegible] et particularis negatio ita dicta est. Subalterne enim nominantur [illegible] amplius universalis negatio [illegible] particularem negationem claudit et continet. Hec igitur tali ratione consentiunt. Si enim universales in veritate precedant, particulares veras esse necesse est. Ut si quis universaliter affirmando proponat omnem hominem esse animal, que cum sit vera, particularis sibi affirmationis veritatem comitem trahit. Causa est quidam homo animal est. Nam si verum est esse omnem hominem animal, verum est esse aliquem. Item si quis universaliter negando enuntiet: nullum esse hominem lapidem, verum dixerit. Ac subiecta vel particularis negatio eandem retinet veritatem. Nam si verum est dicere quoniam nullus homo lapis est, non mentietur qui dixerit quendam hominem non esse lapidem. Item igitur universalibus affirmationem ac

negationem ueram dicentibus particularis affirmatio et negatio ueram uniuersalium sententiam consequitur. At si uniuersales falsae sint non necesse est particulares uniuersalium cum sensu prebere mendatio. Velut in his uniuersalibus quae proponunt omnem hominem esse iustum, nullum hominem esse iustum. Quae cum una sit affirmatio altera uero negatio, utraeque falsae sunt. Sed eas particularium falsitas non ex necessitate sequitur. Nam et quendam hominem esse iustum quae particularis est affirmatio. Et quendam non esse iustum quae particularis est negatio uere quis dixerit. Atque ideo falsis uniuersalibus particulares non necesse est esse mendaces. Sed nec eisdem uniuersalibus falsis particulares ueras esse necesse est. Quid enim uniuersalis affirmatio falsa dicat. Omnem hominem lapidem esse. num uera erit particularis affirmatio quae proponit quendam hominem esse lapidem. At si uniuersalis negatio falsa proponat. Nullum hominem esse animal num idcirco particularis uera erit negatio pronuntians. Quendam hominem animal non esse. Atque ideo uniuersalibus quidem ueritate manentibus particulares necesse est uniuersalium consentire ueritati. At si uniuersalibus falsitas inhaereat particulares [illegible] ueras etiam falsas esse possibile est. [illegible] si quid tale predicetur quod ad esse subiecto possit et a subiecto ualeat separari. falsas [illegible] affirmationem particularem quidem [illegible] in eo sit uniuersalis falsa affirmatio quod subiecto non potest conuenire. Negationem uero particularem si in eo uniuersalis negatio mentiatur quod a subiecto non potest segregari. Ut posita superius exempla declarant. Quod si aduersitatis falsitatisque consequentiam particulares propositiones locum principem sortiantur contraria eis uniuersales propositiones ratione conueniunt. Nam si sint falsae particulares. uniuersales falsas esse necesse est. Sin uero particulares uerae sint. Tum uniuersales uerae sunt. Tum etiam mentiuntur. Nam si particularis affirmatio falsa est quae dicit. Aliquem hominem esse lapidem non uniuersalis quoque affirmatio falsa est quae proponit. Omnem hominem esse lapidem. Item si particularis est falsa negatio quae dicit quendam hominem esse animal falsa erit uniuersalis negatio quae nullum hominem animal esse contendit. At si particularis affirmatio uel negatio uerae sint. id quod praedicatur quod a subiecto diuidi segregarique queat affirmationem negationemque uniuersales non est dubium posse mentiri. Ut quoniam uerae sunt particulares quae proponunt. Quendam hominem esse iustum et quendam non esse iustum. His suppositas uniuersalem falsam esse manifestum est. Ut ea quae dicit. Omnis homo iustus est et nullus homo iustus est. At si quidem affirmatio particularis tale pronuntiet quo subiecto carere non possit non erit supposita affirmatio uniuersalis. Ut cum aliquis enuntiat. Quendam hominem esse animal huic uniuersalis affirmatio in ueritate consentit quae est. Omnis homo animal est. At si quidem particularis negatio tale proponat quod subiecto nequeat inherere ueritatem particularis negationis uniuersalis negationis ueritas necesse est subsequatur. Ut cum aliquis dicit. Quendam hominem lapidem non esse consonat uniuersalis ueritas propositionis quendam hominem lapidem esse pronuntiat. Quo fit ut precedentibus quidem uniuersalibus particulares ueras esse necesse sit. [illegible] falsitate particularibus uniuersalium falsitas subsequatur. Mentientibus [illegible] particularium mendacium non sit necesse. Sicut nec uera quidem particularibus proponentibus ueram uniuersalium necesse est esse sententiam. Et hoc quidem exempla docuerunt. Ut autem firma demonstratione clarescat uniuersalis ad euidentiam rerum descriptio subponatur.

Ex his ergo quae superius dicta sunt intellegi potest contrarias quidem uel uerum inter se falsumque diuidere uel simul posse mentiri ueras simul esse non posse. Subcontrarias uero uel utrasque simul esse ueras uel alteram numquam tamen simul posse proferre mendacium. Singulares uero neque

inueritate unquam neque inmendatio conso-
nare. sed unum semper ueram alterum semper falsam
sententiam esse. Nunc igitur demonstrandum est
uniuersalibus ueris particulares non posse men-
tiri. falsis autem uniuersalibus particulares
posse uero falsasque fieri. Quod enim si uniuersalis
affirmatio uera sit particularem quoque affirma-
tionem ueram [illegible]. Nam si particularis af-
firmatio falsa est erit uera quae particulari affir-
mationi opponitur uniuersalis negatio. Sed posi-
ta est uera uniuersalis affirmatio. Hoc igitur mo-
do utraeque simul ueras esse contingit. Affirmationem
scilicet uniuersalem et uniuersalem negationem
quod euenire non posse monstratum est. Non igitur
fieri potest ut affirmatiua uniuersali uera pro-
posita particularis affirmatio mentiatur. Rur-
sus si uera est negatio uniuersalis particularem quoque
negationem ueram esse contendo. Nam si parti-
cularem negationem falsam quis dixerit uniuer-
salem affirmationem quae est ei opposita ueram
necessario esse faciebit. At negatio uniuersalis
uera esse proposita est. Simul igitur uniuersales
negationem neque affirmationem ueras esse con-
tingit. Quod fieri non posse superius posita exem-
pla docuerunt. At si falsa est uniuersalis affir-
matio. particularis falsum poterit pronuntiare
uel uerum. Quo posito nichil impossibile sequitur.
Siue enim falsa sit affirmatio particularis erit
uera negatio uniuersalis. Seu uera sit illa uniuer-
salem negationem falsitas operabitur. Quo fit ut
falsa uniuersali affirmatione. uniuersalis negatio
tum ei falsitate consonet. Tum ab ea ueritate dis-
cordet. Quod non esse impossibile superioribus docetur
exemplis. Eodem quoque modo et si uniuersalis ne-
gatio falsa sit particularem negationem uel ue-
ram uel falsam esse possibile est. Neque iccirco aliquod
sequitur incongruum. Particulari namque negan-
te uera uniuersalis affirmatio mentietur [illegible]
falsa uerum uerum uniuersalis affirmatio pro-
nuntiat. Quo fit ut uniuersali negatione fal-
sa proposita. uniuersalem affirmationem tum
ueram tum falsam rationis demonstratio [illegible]
tis. quod impossibile non est. Rursus si parti-
culares falsae sint. uniuersales quoque falsitas sequi-
tur. Nam si pronuntiet particularis affirmatio
mendacium. uniuersali quoque affirmationi
falsitas inherebit. Nam si haec uera est falsa erit

ei opposita negatio particularis. Sed affirmati-
onem particularem constituimus esse mendacem.
Simul igitur particularis affirmatio et negatio
falsae sunt quod esse inconueniens precedens ra-
tio declarauit. Item si particularis negatio fal-
sa dicatur. uniuersalis quoque negationis falsi-
tas consonabit. Nam si negatio uniuersalis fu-
erit uera falsa erit ei opposita quae est affirma-
tio particularis. Quomodo utrasque particu-
lares affirmationem scilicet ac negationem
simul falsas esse contingit. quod fieri non pos-
se prediximus. At si uera sit affirmatio parti-
cularis falsa uel uera uniuersalis affirmatio
esse potest. Sed si falsa sit particularem negati-
onem ueram esse necesse est si uera sit habebit
particularis negatiua mendacium. Sed cum
uera sit affirmatio particularis negationem
particularem uel falsam esse uel ueram nichil
est impossibile. Rursus si negatio particula-
ris tenet ueritatem. uniuersalis negatio uel
ueritatem tenere potest uel pronuntiare men-
dacium. Nam si uera est oppositam affirmati-
onem particularem falsam esse necesse est. Si fal-
sa est ueritatem particularis affirmatiua custo-
diet. Quo fit ut cum particularis teneat nega-
tio ueritatem. affirmatio particularis uel
uera uel falsa sit. quorum neutrum possibile
premissa exempla docuerunt. Atque haec qui-
dem de uniuersalibus ac particularibus propositioni-
bus sufficiant. Nunc de infinitis ac singulari-
bus disseramus. Quarum quidem indefinitae
sunt quibus significatio nulla determinationis
adiungitur si preter uniuersalis uel particula-
ris intelligentiam quantitatis pure proferun-
tur. ut homo iustus est. homo iustus non est.
Quibus enim et si ut dictum est nulla significatio
determinationis adnectitur uim tamen optinent
particularium propositionum. Namque ut ille
quas subcontrarias in priore descriptione desig-
nauimus alias quidem uerum inter se falsumque
[illegible]. alias indiuidua ueritate conspi-
rantur. nunquam tamen simul uideantur posse
mentiri. Ita etiam indefinitae siquidem tale est
quod predicetur quod subiecto semper inesse
necesse sit. Affirmatio uera est falsa negatio
ut in his propositionibus homo animal est. homo
animal non est. At si id indefinitis propositionibus

efferatur. quod subiecti naturam non suscipit
negatio quidem uera est. sed affirmatio uni-
ca est falsitati. ut si quis dicat. homo lapis est.
homo lapis non est. Ut uero utraque in primis [illegible]
falsitate consentiant non potest inueniri. [illegible]
[illegible] uniuersalibus affirmationibus ac negationi-
bus [illegible] differentia ut quocumque modo subiecti
[illegible] una semper uera altera semper sit plena
mendatio. Exemplum uero huiusmodi [illegible]
subiecto semper inheret hoc est. Omnis homo ani-
mal est. homo animal non est. Et rursus nullus
homo animal est. homo animal non est. In qui-
bus autem indefinite uniuersalibus comparantur
in unaquaque tamen oppositione. Una semper ue-
ra. altera falsa nequeant conuenire. Omnis ho-
mo lapis est. homo lapis non est. Et rursus
nullus homo lapis est. homo lapis est. In his
quoque indefinite uniuersalibus opposite per unam
quamque oppositionem [illegible]
falsum [illegible]. [illegible]
[illegible] subiecto ualeat et possit [illegible]. Omnis
homo iustus est. homo iustus non est. Nullus ho-
mo iustus est. homo iustus est. In his etiam in-
definite particulares mutate sunt que uni-
uersalibus obiecte per unamquamque oppositionum
aduersitatem. unum semper uerum alteri diuisere
mendacium. Preterea quocumque modo terminorum
exempla ponantur si affirmationes affirma-
tionibus et negationes negationibus comparentur.
uniuersalibus ueris indefinitarum ueritas proue-
nit. Ut cum uere sint. omnem hominem esse ani-
mal. et nullum hominem esse lapidem. constat
ueritas indefinitas que proponunt hominem esse
animal et hominem non esse lapidem. At si uniuer-
salium falsitas [illegible] indefinitarum uel
ueritas uel mendacium uariabitur hoc modo
falsa est enim affirmatio uniuersalis que proponit
omnem hominem esse iustum. sed ea que dicit
hominem esse iustum tenet in humane natu-
re parte ueritatem. Nam et si non habet omnis
homo iusticiam cum tamen aliquis habeat
uere dici potest hominem esse iustum. Item
cum proponitur uniuersaliter. Nullus homo
iustus est. falsum est. At si indefinite denegetur.
a ueritate non discrepat. Nam cum sit aliquis
homo non iustus non mentietur qui pronun-
tiauerit hominem esse non iustum. Item cum

falsa sit que uniuersaliter affirmat dicens.
Omnem hominem esse lapidem. falsa est que
[illegible] indefinita [illegible] confirmat di-
cens. hominem lapidem esse. Rursus cum sit
falsa negatio per quam proponitur. Nullum ho-
minem esse animal. falsa est indefinita negatio
que proponit hominem animal non esse. Hec quoque
particularium similitudo seruata est. Nam
ut in subalternis uera. Uniuersalitas ueri-
tatem particularitatis trahebat. falsa uero
uniuersalitas nec ueritatis nec mendacii neces-
sitatem particularibus afferebat. Eadem omnia
uniuersalium atque indefinitarum collatione
proueniunt. Rursus si indefinitas primum falsi-
tas constat. uniuersales quoque necesse est esse men-
daces. Ut si falsum sit esse hominem iustum.
falsum erit omnem hominem esse iustum. quan-
doquidem non capit uniuersalitas ueritatem
si iustum ne unus homo non fuerit. Item si in-
definita negatio mentiatur. Uerum uniuersalis
negatio non habebit. Uelut si falsa sit ea que
dicit hominem non esse iustum falsum erit.
nullum hominem esse iustum. quandoquidem
non potest uniuersaliter ab homine negari si
ne uni hominum probabitur iusticia non ad-
esse. At si indefinite sententiam ueritatis
optineant. Uniuersales tum ueras tum
eueniunt esse mendaces. Uelut cum dicimus
hominem esse iustum uera est. huius uniuersa-
lis mendacium loquitur que dicit omnis homo
iustus est. Item indefinita negatio homo iustus
non est. Uera est. Est enim homo qui iusticia
careat. huius uniuersalis negatio mentietur
cum quis dixerit. Nullum hominem esse iu-
stum. At si indefinite id affirmatur ex subiec-
to euelli secernique non possit. Uera nichilomi-
nus erit affirmatio uniuersalis Ut cum dica-
mus. homo animal est. Uerum uniuersalis affir-
matio affirmatio adnuntiabit que proponit
Omnem hominem animal esse. At si id quod
subiecti naturam non recipit proponat indefi-
nita negatio. Uelut si dicat hominem non esse
nichil a beius ueritate uniuersalis negatiua
dissentiet. Ut ea que nullum hominem la-
pidem esse proponit. Nichil enim dubium est
indefinitas particularibus esse consimiles ean-
demque uim ueritatis ac falsitatis signifi

terminis opponantur. De quibus quoniam sufficienter dictum est, nunc de singularibus explicemus que medium superioribus locum possident. Ille namque que constituuntur in singulari subiecto, dicuntur praedicatum [illegible] certo suscipiebant etiam differentias quantitatis. Nam quod universale est et universaliter et particulariter et indefinite proferri potest vel pronuntiari. At vero hec que unum aliquid proponunt singulariter atque individue differentias pluralitatis vel quantitatis habere non possunt. Atque ideo solas relinquuntur discrepantia qualitatis quod hec quidem affirmatio est, illa vero negatio. Semper igitur inter se affirmatio et negatio singularis verum falsumque distribuunt, si non quedam impediant que sensum in alias significationes solent deflectere ac detorquere. Cum unum atque idem praedicatum atque subiectum in affirmatione et negatione constiterit, uno atque eodem tempore sumptum, uno eodemque prolatum modo, ad unum atque idem relatum, de una eademque parte propositum, necesse est unam earum semper esse veram, alteram falsam. Nam sive equivocos terminos sumat, sive non ad idem tempus praedicet, sive alius tristis modus utriusque sive vel ad alias partes vel ad aliquid aliud referantur, veras utrasque esse contingit. Age enim equivocum subiectum sumat affirmatio dicatque: Cato Utice se perimit. Negetque negatio: Cato se Utice non perimit. Hec igitur utreque sunt vere. Quoniam Cato equivocum est. Namque Cato praetorius Utice se occidit. Cato vero Censorinus minime sibi manus intulit. Item proponatur affirmatio hoc modo: Nocte lucet. Negatio respondeat: Nocte non lucet. Hic igitur lucet equivocum est. Atque ideo nichil impedit quominus utreque in veritate permaneant. Affirmatio namque cum dicit lucere nocte, lune loquitur lucem. Illa vero cum negat, de solis luce significat. Hinc igitur equivocatum praedicatum utrasque in numerum consentire permisit. Item si quis de Socrate proponat dicens: Socrates sedet, atque alius neget: Socrates non sedet, utreque vere esse queunt si ad diversa tempora referantur. Potest enim nunc quidem Socrates sedere, alio vero tempore non sedere. Rursus si quis humanum oculi colore nigrum esse confirmet, alius quoque nigrum non esse contendat, verumque utrique loquuntur si ad singulas oculi partes affirmatio negatioque referantur. Namque circa orbem est qui medius pupillam tenet albumen est, ille vero orbis niger invenitur. Rursus si de Socrate inter duos locato quis dixerit: Socrates dexter est, aliusque respondeat: Socrates dexter non est, utrisque constare veritas potest. Ad eum quippe cui Socratis sinistra dexter est, ad eum vero cuius levo lateri pars Socratis dextra coniungitur, dexter non est. Item si quis ovum animal constituat, aliusque ovum animal neget, utreque a veritate non dissonant. Namque ovum potestate est animal, actu vero non. Longe igitur verae singularium propositiones subiecta verum et falsum distribuent, ut unam veram alteram falsam necesse sit habere [illegible]. Si neque quod subiectum est, neque quod praedicatum aliqua sit equivocatione confusum, si ad idem tempus, ad easdem partes atque ad eundem modum, eandemque rem ad quam affirmatio retulerit, ea que proponuntur in negatione referantur. Ut si quis de Socrate pronuntiet: Socrates calvus est, Socrates calvus non est. Si igitur de eodem Socrate affirmatio negatioque proponantur, si eandem calvitii significationem et affirmatio suscepit et negatio, si eandem utreque capitis partem loquantur, si vel actum vel potestatem significent, si nulla in diversitate temporis erretur ambage, si non ad alium affirmatio, ad alium negatio referatur, una semper veritati iuncta est, retinet semper altera falsitatem. Quoniam de ea propositionum convenientia que utrisque simplicibus terminis eodemque ordine collocatis capitur explicui, nunc de ea participatione dicendum est que et utrosque terminos et eundem ordinem servat, sed adiecta terminis negatione perficitur. Hoc autem ut dictum est tribus contingere modis potest. Aut enim praedicatus tantum, aut subiectus terminus, aut utrumque cum negatione proponitur. Atque tunc enuntiatio vel ab infinito praedicato vel ab infinito subiecto vel ab utrisque infinitis consistit. Quotiens enim negatio nomini iungitur, nomen redditur infinitum. Atque ideo per oppositionem participatio fieri dicitur. Nomini enim simplici semper infinitum nomen opponitur, ut homo non homo, animal non animal et cetera. Que cum ita sint, disponantur simplices atque ex earum natura ceteras colligamus. Primum igitur propositionum seriem describamus, ea scilicet que utrisque

[illegible]

[illegible] ... propositionum ... [illegible]

falsitate uel ueritate s(e)p(ar)at. Vt affirmationes quidem int(er) se uniuersales particulares q(ue) negationes uel inmendatio uel in uero conuenire queant uel uerum int(er) se uel falsum q(ue) dicendere. Si quid enim de subiecto tale p(re)dicat(ur) quod uel a subiecto nequeat segregari et subiecti [illegible] non possit excedere. Vt hominem rationale [illegible] a subiecto quidem recedere queat sed subiecti [illegible] non possit equare. Vt homini grammaticus. Vnam ueram et alteram falsam esse p(er)ueniet. Nam qui dixerit. Omnis homo rationalis est uerum loquit(ur) et qui dixerit. Omnis non homo non rationalis est mentiet(ur). Diuine namq(ue) substantie rationis quidem sunt compotes sed homines non sunt. Item si quis p(ro)nuntiet. Omnis homo grammaticus est falsum dixerit. At q(ue) p(ro)ponit. Omnis non homo non grammaticus est uerum dixerit. Nam qui homo non est grammaticus esse non potest. At si id de subiecto predicetur qui uel nunquam subiecto ualeat conuenire. Vt lapis homini. uel conueniens ab eo possit abscedere. cum sit maius atq(ue) uniuersalius subiecto. Vt iusticia de homine. simul utrisq(ue) falsitas p(ro)ueniet. Nam si quis dicat. Omnis homo lapis est. falsam fecerit p(ro)positionem eodemq(ue) modo qui dixerit. Omnis non homo non lapis est cum sit lex non sit homo sed lapis. Item p(ro)positio. Omnis homo iustus est. falsa est. cui sequit(ur) falsitatem. Omnis non homo non iustus est. Nam indiuiduis substantiis ad est iusticia cum non sit humanitas. At si quid tale de subiecto predicetur quod ei semp(er) copuletur neq(ue) tam(en) subiectum possit excedere. Vt risibilis homini utrarumq(ue) sententia in significandi ueritate concurrit. Omnis homo risibilis est. uera est. Omnis non homo non risibilis est. hec quoq(ue) retinet ueritatem

Nam si risibilis p(ro)prium hominis est. [illegible] non esse risibilis quicquid homo non fuerit. Eadem [illegible] negatione reddatur. Nam [illegible] subiecto [illegible] nequeunt. Vt rationabilitas ab homine [illegible] quidam sed [illegible] subiecto sunt. Vt grammaticus homine de subiecto p(re)dicat(ur) unam ueram [illegible] falsam [illegible] qui dicit quidam homo rationalis non est falsum [illegible] Quod si respondeat quidam [illegible] rationalis non est. Verum loquit(ur). [illegible] non est quidam homo sed [illegible] non possit [illegible] Item quidam homo grammaticus non est. uera est. sed falsa est si dicam. Quidam non homo non grammaticus non est. Cum illud si uerius q(uonia)m qui homo non fuerit non potest esse grammaticus. At si que nonquam uel a subiecto possunt uere p(re)dicari. Vt lapis de homine uel predicantur quidem et sunt maiora subiecto. sed ab eo discedere separari q(ue) patiuntur Vt iusticia ab homine ueritas p(ro)nuntias utrasq(ue) conseruant. Nam qui dicit quidam homo lapis non est. uerum dixerit. at si quis respondeat. Quida non homo non est non lapis. is quoq(ue) uerum dixerit si quidem de silice uel de huiusmodi ceteris intelligi uelit. que cum homines non sunt non lapides non sunt. Item quidam homo iustus non est. p(ro)positio ueritatem [illegible] quidam [illegible] hominem non esse non iustum. Hoc enim in diuinis ut dictum est. substantiis inuenitur. Vt iusticiam teneant quamuis ab hominis diffinitione seiuncte sint. Item si id quod abesse non potest. et sit equale subiecto de eodem subiecto [illegible] ut risibilis homini incurrit utrisq(ue) mendacium. Nam qui dicit quidam homo risibilis non est falsum est. Cuius falsitati sese emula p(re)stat que p(ro)ponit. Quendam non hominem non risibilis non esse. quasi qui homo non sit possit esse risibilis. Ita igitur in affirmationibus quidem uniuersalibus et particularibus negatiuis ueritas falsitasq(ue) et simul aliquotiens inuenitur et int(er) utrasq(ue) diuiditur. Negationes u(ero) uniuersales et particulares affirmationes non simili respondetur modo. Sed negationes quidem uniuersales unam uerum dicere alteram falsum simul q(ue) falsas esse possibilis est. Simul autem ueras

[illegible]. Nam [illegible] quod a de [illegible] non potest predicetur. ut lapis homini [illegible] ueram [illegible] alteram falsam. ut est. Nullus homo lapis est. uera est. falsa est que proponit Nullus non homo non lapis est. Omnia quippe animalia preter hominem ita non sunt lapides [illegible]. Quicquid uero aliud de subiecto predicatur [illegible] ueritas constare potest. Ut si quis proponat. Nullus homo rationalis est falsum dixerit. At si quis responderit. Nullus uero homo non rationalis est. hunc quoque conuincet ratio mentiri. Equus quippe homo non est. nec eum quis dixerit rationis esse participem. Ut autem simul [illegible] nulli poterit [illegible] apparere. Particulares autem affirmationes [illegible] ueritatis falsitatisque discedunt [illegible] aliquid de subiecto [illegible] quod nunquam a de esse possit subiecto. ut lapis homini. Nam si quis [illegible]. Quidam homo lapis est. falsa propositio est. At si quis responderit. Quidam non homo non lapis est. tenet contrariam ueritatem. Equus quippe non homo est. nec tamen lapis esse dicitur. Quicquid uero aliud de subiecto predicabitur necesse est eas in ueritatis significantia conuenire. Ut quidam homo rationalis est uera est. Quidam non homo non rationalis est. hec quoque uera est. Equus quippe nec homo est nec ratione subsistit. Ut uero simul false sint nullis repperitur exemplis. Ad hunc igitur modum et de ceteris que uel predicatum uel subiectum tenent infinitum ad ueritatis falsitatisque consensum enuntiationum proprietas consideranda est. De quibus non breuiter quidem euenat [illegible] tetigisse sufficiat. Singula uero lectoris exploranda diligentie et [illegible] [illegible]. Disponuntur itaque propositiones que ex utrisque simplicibus terminis constant. easque quarum subiectum tantum diuiditur abnuitur ex aduersa fronte respiciant.

[illegible]

In harum igitur affirmationibus quidem uniuersalibus ueritas ac falsitas distribuitur. Si quid de

tale de subiecto predicabitur quod abesse non [illegible]. ut animal homini siue equale ut risibilis homini. In his enim unam ueram alteram falsam esse necesse est. Quicquid uero preter ea fuerit predicatum semper falsitas in utrisque respondet. Ut autem simul uere sint fieri nequit. In uniuersalibus uero negatiuis siquidem illa predicentur que subiecto maiora sint termino [illegible] accedere. Ut animal ab homine. Seu possint. Ut ab homine iustitia consonat utraque mendatio. Quicquid uero preterea fuerit predicatum: unam semper ueritas alteram falsitas sequitur. Ut autem simul uere sint nequit ostendi. Particularium uero in affirmationibus quidem si ea predicentur que ualeant transire subiectum. siue ab eo separari nequeant: ut animal ab homine. seu possint. ut iustitia ab homine loquitur utraque sententia uera [illegible] [illegible]. false autem simul nequeunt inueniri. Negationes uero particulares siquidem id predicent quod a subiecto non [illegible] rationale homini seu equale ut risibile homini uni constabit ueritas altera mentietur. Si quid uero preterea fuerit predicatum. ueras semper utrasque constat ut in eas communis falsitas nunquam possit incidere. Item disponantur primum quidem simplices has ex regione respiciant que subiecto denegantur simplici predicamento

[Ha]rum igitur affirmationes quidem uniuersales. siquidem predicent quod uel subiecto nequeat conuenire. ut lapis homini uel a subiecto cum sit maius uel equale non possit abscedere. ut animal uel risibilis ab homine. Unam semper ueritatem necesse est alteram preferre mendatium. Quicquid uero preterea predicabitur [illegible] utrisque falsitas [illegible]. ut ad ueritatem conuenire non possint. Negati-

[illegible]

natens hominem. utraq; in falsitate commu-
[illegible]
unam ueritas alteram falsitas consequit̃. Ut
autem simul uere sint nequit ostendi. Particu-
larium ũ affirmationes quidem simul uere st̃.
Sed quod uel adẽẽ possit uel abesse precedeñ
Siue illud maius. Ut iustus ab homine. Siue mi-
nus [illegible]
uel predicatum fuerit ueritas inter falsitasq;
distribuunt. ita ut nunquã communem con-
sonent falsitatem. Particulares quoq; negatiue
[illegible]
quod adẽ uel abẽ potest. Siue illud maius
sit ut iustus ab homine siue minus. Ut gram-
maticus ab homine de subiecto tam pdicetur
Veritas utriq; constabit. In aliis ũ cunctis p-
[illegible]
Nunquam tamen utraq; in pdenda falsita-
te consentient. Preter hanc autem int̃ se con-
uenientiam ppositionum habent he aliqd
ppium que pdicant adiecta negatione pro-
nuntiant quod certis inesse non possit. Affir-
mationes namq; negationib; negationesq;
affirmationib; quorum uniuersalis ẽ ppositio.
Itemq; particulares affirmationib; nega-
tionib; negationesq; affirmationib; ita conueni-
unt ut nunquam neq; in falsitate neq; in ueritate
te discordent. Conuenientium autem ordinem
seriemq; descripsimus. quas siquis in supius posi-
ta descriptione respexerit uidebit angularẽ
constitutas.

[illegible]
eueniunt quod de eisdem subiectis. Utroq;
intelligitur ordo ppositionem. Nam qui dicit
Omnis homo rationalis ẽ. de homine rationali
predicat. Itemque pponit. Omnis homo non rati-
onalis est ab eodem homine rationali seiungit.

[illegible]

[illegible]
conuenientia [illegible]

Expeditis igitur his ppositionib; que uel
q; communicant tminis. atq; eodem ordine
collocatis: nunc eam ppositionum participati-
onem loquimur que in utrisq; quidem tminis
conuenientia sed ordinis commutatione consis-
tunt. Cuius disceptationis hic finis ẽ de ppositio-
num conuersione docuisse. Quid ẽ enim aliud
[illegible]
uenire nisi ppositiones ẽẽ conuersas? Conuerti aũt
uel sibi uel aliis ppositiones dicuntur quotiens
mutato ordine terminorum idem qui subiect᷒
fuerat predicato et qui pdicabatur ante subiec-
to ueritatem simul optineant uel falsitatem. De
quib; plenissime hic disputandi sumamus exordiũ.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
affirmationi paccidens. Et rursus uniusalis ne-
gatio loco pncipe sui recipit conuersionem. Ad
particularem ũ negationem paccidens conuerti
potest. Affirmationis ũ uniuersalis ad se ipsam
ppetua non potest ẽẽ conuersio. ad particularẽ
ũ affirmationem paccidens potest. Hec ũ nega-
tionis particularis ad se ipsam pncipaliter stabi-
lis ac firma conuersio ẽ. sed negationi uniuersali
scđo loco atq; accidenter conuertit̃. Que omnia
facilius declarantur exemplis. Affirmatio nãq;
particularis. Ut ea que pponit. Quidam homo
albus est facile sibi ipsa conuertitur si dicam
quiddam album homo est. Atq; in utrisq;

veritas [illegible]. At si proponatur quis. Quendam
hominem esse lapidem eandemque convertat dicens.
Quendam lapidem esse hominem, manebit utrobique
mendacium. Hoc igitur modo affirmatio particularis
sui recipit conversionem. Item negatio universalis
converti potest ut si quis enuntiet. Nullum hominem
esse lapidem. Eandemque conversis terminis dicat
Nullum lapidem esse hominem simul veritatem
tuebitur. At si quis dicat. Nullum hominem esse
animal atque eandem falsitatem [illegible]
[illegible] dicens. Nullum animal esse homi-
nem [illegible]. Hoc igitur modo
universalis quoque negatio sibi ipsa convertitur.
Universalis autem affirmatio non tenet perpetuam con-
versionem. [illegible] enim [illegible] de speciebus pro-
[illegible] universales affirmatio-
nes queant. Ut si quis dicat. Omnis homo risibi-
lis est poterit ordinem terminorum permutare
ac proponere. omne risibile esse hominem. tamen
non est hec equabilis atque omnibus terminis fi-
da conversio. Quid enim cum quis ita proponat.
Omnis homo animal est. Numquid convertere ut
potest. Ut omne animal esse hominem. Quare cum
aliquotiens universalis affirmatio conversa propriam
non tenet veritatem dicitur conversionis na-
turam non posse suscipere. Negatio quoque par-
ticularis interdum videtur posse converti. Ve-
lut si quis enuntiet. Quendam hominem lapi-
dem non esse verum loquetur cum dixerit.
Quendam lapidem hominem non esse. Sed est
instabilis et incerta conversio. Nam cum quidam
homo grammaticus [illegible] falsum est dicere
quendam grammaticum hominem non esse. Itaque
hec quoque conversa propriis sua veritate
non desinit. Superius igitur propositarum quattuor
enuntiationum due quidem opposite id est
particularis affirmatio et universalis nega-
tio firmam conversionem sui perpetuamque suscipi-
unt. Due vero opposite id est affirmatio universalis
particularisque negatio conversionis non tenent
firmitatem. Sed universalis affirmatio que
in sui conversione videtur instabilis si vera est
particularem quoque affirmationem veram
esse necesse est. Vera autem particularis affir-
matio conversa non amittit propriam verita-
tem. Universalis quoque affirmationi particu-
lari converse eandem veritatem sonabit.

Videtur hoc pluribus exemplis. Si quis enim pro-
nat omnem hominem esse animal verum dice-
ret. Huic subalterna particularis affirmatio est
que proponit. Quendam hominem esse animal. Et
quoque vera est que universalis affirmationis
veritas antecessit. Sed eadem converti sibi veri-
ter potest. Dicitur enim quoddam animal esse
hominem. Quo circa affirmatio universalis que
proponit omnem hominem esse animal. et conversa
particularis affirmatio que pronuntiat. Quod-
dam animal esse hominem. utraque simul a veri-
tatis significatione non desinunt. Itaque uni-
versalis affirmatio que sui conversionem perpe-
tuam firme non potest per accidens affirmati-
oni particulari conversa est. Per accidens autem
ideo quoniam particularis affirmatio principaliter
sibi ipsa convertitur. converse particulari affir-
mationi universalis affirmatio eandem retinet
in veritate sententiam. Eadem est ratio univer-
salis negationis etiam. que quoniam sibi ipsa princi-
paliter converti potest. conversa per [illegible]
negationi illa subalterna eandem veritatis sen-
tentiam refert. Particularis negatio universali
[illegible]
convenire. Ut si quis nullum hominem lapidem
esse [illegible] Nullum lapidem
esse hominem que cum vera precedat. subal-
terne particularis negative perficit veritatem
Conversa est. Quidam lapis homo non est. Que
comparata universali negationi que dicit
Nullum hominem esse lapidem. Quamvis con-
[illegible] simul [illegible] proponatur
Itaque particularis negatio que sibi converti
non poterat universali negationi per acci-
dens converti potest. Per accidens autem idcir-
co quoniam universalis negatio in seipsam prior
loco convertitur. Per conversionem autem sui
cum particulari negatione similem in veritatis
videtur [illegible]. Itaque concludendum
est. particularem quidem affirmationem uni-
versalemque negationem conversionem [illegible]
semper [illegible]. Affirmationem
autem universalem particularemque negati-
onem in convertendo firmas esse non posse. Sed
hanc quidem affirmationi particulari. illam
vero universali negationi per accidens posse con-
verti. Restat igitur nunc de propositionum parti-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] participationis triplex mo-
dus est. Aut enim predicato [illegible]
negatio iungitur. Aut subiecto aut utrique [illegible]
[illegible]
[illegible]
exempla. Post autem quemadmodum se ha-
beant ad ueritatem falsitatemque consensu con-
sequenti ordine disputabitur. Ac primum
quidem de his disseremus cuius subiecti predi-
catiuumque negatur. Post uero cuius subiecti solum.
Postremum cuius qui predicatur terminus cum
negatione profertur. Atque earum quidam natu-
ram atque ordinem ex simplicibus informabimus.
Simplices autem [illegible] differentias
constitutas quattuor esse monstrauimus. Sit
quidem prima igitur affirmatio uniuersalis que pro-
ponat. Omnem hominem esse animal. Ad uersum
hanc collocetur affirmatio uniuersalis que non
[illegible]
[illegible] ad-
uerbium habeat hoc modo. Omne non ani-
mal non homo est. Rursus proponatur: Uniuer-
salis negatio ea que est. Nullus homo animal
est. Huic aduersum teneat locum uniuersalis ne-
gatio [illegible]
lum non animal non homo est. Item sit particu-
laris affirmatio simplex. Quidam homo ani-
mal est. Huic terminis atque ex aduerso referatur
particularis affirmatio que commutatis in
ordine terminis negationes utrisque gestet oppo-
sitas ut est. Quiddam non animal non homo est.
Item sit simplex particularis negatio que propo-
nit. Quendam hominem animal non esse. Hanc
ex aduerso respiciat particularis negatio que
[permutatis] ordinibus terminis aduerbium negati-
onis adiecerit. Ut est quiddam non animal non homo non est.

Et quamquam huiusmodi participatio-
nis plures esse differentias esse nouerimus,
ad institutionem tamen kathegoricorum
[syllogismorum] de hac tantum proposuisse sufficiat.
Quarum quidem propositionum pars ex simpli-
cibus nominibus constat pars uero ex infinitis constat.
Nam propositio uniuersalis que est. Omnis homo
animal est. Ex utrisque finitis nominibus constat.
Namque et homo et animal finita esse nomina ma-
nifestum est. Ea uero affirmatio que proponit. Omne
non animal non hominem esse ex infinitorum
terminorum positione coniuncta est. Non animal
enim non homo nomina esse infinita in nominis
diffinitione predximus. Que quidem sese ad ue-
ritatis falsitatisque ratione sic habeant. Ueteri
negationibus adiunctis infinita nomina simpli-
cibus opponuntur. Ita etiam conuersio propositionum
[illegible]
in simplicibus habebatur. Nullis enim affirma-
tio uniuersalis particularisque negatio conuer-
sionem stabilem non tenebant. Affirmatio autem
particularis atque uniuersalis negatio conuer-
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
consensum fida conuersio. Ac primum de uniuersali af-
firmatione tractemus que cum in simplicibus uera
sit ueritatem quoque per oppositionem conuersa
custodit. Ut ea que dicit. Omnem hominem esse
animal uera est atque per oppositionem illi conuer-
titur. id est omne non animal non homo non est.
Ea quoque uera esse necesse est. Propositionis autem
huius ista est sententia. quoniam non est homo quicquid
animal non est quod uerum esse nullus ignorat.
Item si sit falsa uniuersalis affirmatio in sim-
plicibus terminis constituta falsa quoque eius per contra-
positionem probabitur conuersio. Nam cum dicimus
Omnis lapis animal est falsum est. Similiter quoque
a ueritate seiunctum est si dicamus. Omne non
animal non lapis est. Id enim ex tali enuntia-
tione sentitur quoniam omne quicquid animal non est id
lapis non est quod apertissime falsum est cum animal
non sit ipse lapis. Quod si uniuersalis affirmatio
cum terminorum opposita omne conuersa sibimet

et ueritate et falsitate conuenire [illegible]
tur quam uniuersalis simplex affirmatio [illegible]
per oppositionem conuersionis uicissim. Idem de
simplici etiam particulari negatione dicimus.
Nam cum hec falsa sit ut ea que dicit. quidam
homo animal non est. illa quoque falsitatem tene-
bit que huic cum terminorum oppositione
conuertitur. Ut ea que proponit. Quoddam non
animal non homo non est. Id enim ex hac conuersi-
one colligitur. quod res quedam que non sit
animal homo sit. Et enim hoc est esse hominem
quod non est non hominem. At si uera sit ne-
gatio particularis ex simplicibus terminis iunc-
ta. Ut est. Quidam lapis animal non est. non
deerit ueritas cum terminorum oppositione
conuersis que proponit. Quoddam non animal
non lapidem non est. Id enim conuersio ista sig-
nificat quod res quedam que animal non sit
lapis sit. Hoc enim est esse lapidem quod non est non
lapidem. Quod si particularis simplex negatio
per oppositionem conuersionis et ueritatis
et falsitatis significationem concordat non est
dubium particularem simplicem negationem
certo sibi et stabili modo per oppositionem termi-
norum posse conuerti. In negatione uero uniuer-
sali non est perpetua neque fida conuersio. Quod si
fallere poterit si quis ad solam respiciat conuersio-
nem falsitatis. Nam cum sit falsa simplex uni-
uersalis negatio que proponit Nullum hominem
esse animal. falsa est que per oppositionem conuer-
titur. ut nullum non animal non homo est.
Idem enim talis propositione monstratur quia
omne quod animal non est id homo est. Nomen
enim est significat quicquid animal non sit que
proponit nullum esse non animal quod homo non
sit. Sed hic in falsitate consensus ad ueritatem
usque non peruenit. Age enim sit uera simplex uni-
uersalis negatio. Nullus homo lapis est. Num
uera poterit esse que dicit. Nullus non lapis non
homo est. Id namque designat ista conuersio quic-
quid lapis non fuerit id homo est. Hominem
namque esse significat quod non sit lapis que
pronuntiat nullum esse non lapidem quod
homo non sit. quod aperte falsum est. Anima-
libus enim preter multa que cum lapides non
sint natura ab hominum natura seiuncta sunt
ut equus arbor atque alia quam plura. Si ergo

negatio uniuersalis per oppositionem conuersio-
ni in falsitate quidem poterit. nec enim ueritati
et consensum [illegible] consensionem [illegible]
[illegible] atque equalitatem non habent. Eadem quoque
ratio est in affirmatione simplici particulari.
Nam in hac quoque sepe error offenditur ut uera
et per oppositionem conuersionis poterit. si quis ei
ad falsitatem quoque sed ad solam conuenien-
tiam ueritatis respiciat. Nam cum affirmatio
simplex particularis uera sit. ut est quidam ho-
mo animal est. Si huius terminis cum oppositione
conuertantur. fiatque propositio. Quoddam non
animal non homo est. a ueritate non discrepat.
Quod enim aliud conuersio ista designat
quam rem aliquam esse que cum sit non animal
ne homo quidem sit. ut lapis. Simul enim
animalis et hominis natura deficit. Sed hic
in ueritate consensus ad falsitatem usque non
tenditur. Quid enim si sit falsa simplex affir-
matio particularis ut est quidam homo lapis est.
num erit per oppositionem falsa conuersio. Qui-
dam non lapis non homo est. atque hec firma ue-
ritate consistit. Id enim ex ista propositione datur
intellegi quod quiddam quod cum lapis
non sit ne homo quidem sit. Ut equus atque ar-
bor que atque hominis atque lapidis diffinitio-
ne clauduntur. Quod si particularis affir-
matio cum per oppositionem conuersio est in ueritate
quidem tenet secum ipsam concordiam. In fal-
sitate autem sibimet ipsa dissentit. Relictum est
pronuntiare qualiter negatione [illegible]
conuersionem firmam ac stabilem conuenientiam
tur. qualiter etiam in simplicibus ac per oppositi-
onem conuersionibus. Uniuersalis quidem nega-
tio particularisque affirmatio perpetua fidaque
[illegible] permutantur. Affirma-
tio uero uniuersalis particularisque negatio immuta-
[illegible] oppositionem simplex propositio
tio sibi ipsa conuertitur. [illegible]
[illegible] conueniunt. Uniuersalis namque
affirmatio et particularis negatio firma uerita-
te [illegible] conuersionem. Uniuer-
salis autem negatio in falsitate quidem concor-
dat sibi ipsam conuersam. In ueritate quidem sibi
ipsa dissentit. Particularis autem affirma-
tio in ueritate quidem sibi ipsa concordat.
sed in falsitate dissentit. Simul enim [illegible]

placio ē nihil quę conuerso ordine terminorum
uel predicato tantum uel subiecto soli negati
onem copulant. In quib; ut in superiorib; quoq;
fecimus ꝓpositionum tantum ordinem descri-
bimus et quid eueniat sub breuitate monstra
bimus. ꝑquirendi atq; examinandi singula
lectoris diligentię relinquentes. Descriptas
ergo simplicib; exclusa parte quę conuerso ordine
predicatum cum negatione ꝓnuntiant con
[illegible]

utrisq; constabit. Quicquid ũ absq; his predica
bitur. Veritatem uni alteri diuidet falsitatem
Simul tamen falsas ēē non eueniet. Item descriptio
supponatur quę simplicib; ꝑore collocatis easq;
conuerso ordine predicant cum negatione ponit
[illegible]

atum q̃ in affirmationib; quidem uni-
uersalib; si ea de subiecto predicentur
quę et adesse et abesse queat uel contingat
siue illud sit maius subiecto. Ut iusticia ho
mine. Siue minus ut grammaticus homine
Vel si ea quę omnino adēē non possunt. Ut
lapis homini. simul falsas ēē semꝑ necesse est.
Siquid ũ preter hoc fuerit ꝑdicatum unam
ueram alteram falsam ēē ꝑuenit. Nunquā
ũ utriq; ueritas consonabit. In negationibus
uero uniuersalib; siquidem ea de subiecto
predicentur quę a subiecto ualeant segrega-
ri. Siue illa maiora sint. Ut iusticia homine
siue minora. Ut eodem homine grammati-
cus. utrisq; aderit falsa sententia. Quicqd
ũ reliquorum fuerit ꝑdicatum uni ueri
alteri adēē mendacium. Nunquā ũ nihil
concors ueritas inuenitur. In particularib;
ũ affirmationib; siquidem ea predicentur
quę cum separari possint cum maiora sint
ut iusticia homine. uel minora ut gram-
maticus [illegible]
optinebit. Aliud ũ quodlibet ꝑdicatum unam
ueram alteram semꝑ efficiet ēē mendacē.
[illegible] In
negationib; ũ particularib; hic modus est
ut siue ea quę adēē subiecto non possint.
ut lapis homini. Siue quę possint ac po-
terunt segregari cum tamen aliud eorum
maius sit. [illegible]
ut grammaticus homine predicentur ueritaś

uptius q̃ descriptarum enuntiationum
affirmationes quidem uniuersales si ea de
subiecto predicentur quę ab eo nunquam uale
ant amoueri: siue illud maius sit. Ut animal
homine. seu equale. ut risibilis homini. Seu
tale quod subiecto nullo modo possit contingere
ut lapis homini. Cum ueritate dispertient alteri
falsitatem. At siquid absq; his ꝑdicabitur
utrasq; falsitas optinebit. Communi autem
ꝓpositionum ueritati locus ēē non poterit.
At in negationib; siquidem uniuersalia et ma-
iora predicentur seu ea que relinquere subiec-
tum nequeant. Ut animal hominem seu
quę possint. ut iusticia hominem. utrisq; falsi
tas inherebit. Alia ũ quelibet predicamenta
unam ueram faciunt alteram falsam ita ut
communis utręq; ueritatis non possint ēē
participes. At in particularib; affirmationib;
siquidem maiora de subiecto predicentur quę
[illegible]
[illegible]
ut iusticia respondebit utraq; ueritate. Cetę
ũ predicationes ueritatem ꝓpositionib; fal
sitatem ue distribuunt nunquā in commu
ne participantib; falsitatem. Particulares ũ
negationes siquidem ea ꝑdicentur quę possint
a subiecto separari. siue illud maius sit. ut iusti-
cia homine seu minus. Ut grammaticus ho
mine ueras utrasq; ēē necesse ē. Siquid ũ
cetera predicabitur uni oportet uerum al-
teri falsum adēē. Ut simul falsę queant in
ueniri non est. Atq; hęc quidem de his ꝓpositi
onib; que cum determinatione ꝓferuntur dicta
sint. Quę ũ indefinitę sunt quoniam particularium

propositionib; adequantur eadem omnia comparatae universalib; optinebunt que in superiore descriptione propositionum ordo servavit. Restarent subiectorum singularium propositiones de quib; quoniam et longum est dicere et nichil ad operis propositi [illegible] [illegible] quas si qui vis propositiones easdem lector expediet preter-eundum videtur:

ceteri quidque delibans. ita ut siquid breviter dictum sit. id nos dilatatione ad intellegentiam [illegible]. Siquid suo more aristotelis nominum verborum [illegible] [illegible] nos intellegentie servientes ad consuetum vocabulum reducamus. Siquid vero ut ad doctos scribens summa tantum tangens designatione monstravit. nos ad introductionis modo aliqua in eas res tractatione disposita perquiramus. Sed si qui ad hoc opus accesserint legendum ab his petitum sit ne in his que numquam attigerint statim audiant iudicare ne ve siquid in puerilib; disciplinis acceperint id facto sem iudicent quando quidem res teneris aurib; accomodatas sepe phylosophye sermo tractatus eliminat. Siquid vero his non videbitur ne statim obstrepant sed ratione consulta quod ipsi optineant quid ve nos ponimus veriore mentis acumine et subtiliore peractum ratione diiudicent. Et hi quidem si nos ut arbitror non sufficimus eos commentarios de quib; hoc previum degustent. blando sapore subtilitatis electi quamvis et indomiti certatores sint veterum virorum inexpugnabilib; auctoritatib; adquiescerent. Siquis vero grece rationis expers est in his vel si qua aliorum sunt similia desudabit. Itaque huius perennis lex erit. ut sorum nostrorum nemo non intellecturus et ob id culpaturus inspiciat. Sed ne [illegible] [illegible] [illegible] inde audiendum nobis est. illo post depulso periculo ne adquam sterilis culpetur oratio. Non enim eloquentie compositiones sed planitiem consectamus. Quare si hoc efficimus quamlibet incompte loquentes intentio quoque nobis nostra perfecta est. Sed quoniam sillogismorum prima est propositio de propositionib; hoc libello tractatus habebitur. Et quoniam propositiones partes nomen et verbum sunt. Pars autem a b eo cuius pars est prior est. De nomine et verbo que prima sit disputatio prima ponatur

MULTA GRAECI VETERES POSTERIS [illegible] mus reliquere [illegible] [illegible] quibus [illegible] ad res densa caligine obscuritate venirent. quasi quadam intelligentie luctatione preluderent. Hinc prima introductionem faciliorem discibilioremque doctrina. Hinc pera que illi ΠΡΩΛΟΓΟΜΗΝΑ vocant. nos predicata vel predicenda possumus dicere ad intelligentiam promptior via munitur. Hanc ergo [illegible] non gravius secutus ego quoque in res obscurissimas aliquem quodammodo pontem ponere. mediocriter quidque delibans.

Nomen est vox designativa ad placitum sine tempore cuius nulla pars extra significativa est. Vox autem dicta est quod vox nominum genus. Omnis enim diffinitio a genere trahitur. Ut si diffinias hominem animal dicas id est genus. [illegible] [illegible] designativa vero. Vox est dicta quod sunt quedam voces que significant ut sunt syllabe. Nomen vero designat. id cuius est nomen. Ad placitum vero

quod nullum nomen aliquid p se significet sed
ad ponentis placitum. Illud enim unaquaeque res
dicitur quod ei placuit qui primus nomen illud
impressit. Sunt enim uoces naturaliter signi-
ficantes. Ut canum latratus iras canum signifi-
cat & alia eorum quaedam uox blandimenta sed
non sunt nomina quia non sunt ad placitum
significantes sed natura. Sine tempore uero. quia
& uerba quidem uoces sunt & designatiue et se-
cundum placitum sed distat quia nomina sine
tempore. Verba uero cum tempore sunt. Cuius uero
nulla pars separata designatiua est quod oratio &
ipsa uox designatiua [illegible] placitum & aliquoad
eius sine tempore est; orationis partes significat
nominum uero partes nichil significat. Et in cicero
nis nomine enim nulla pars est significatiua separatim
neque ci. neque ce. neque ro. neque si ex duobus integris
nomina sunt. Quod enim in uno consignificat
id extra non significat. In nomine enim magis-
ter. magis et ter. consignificant quod est magis-
ter. Sublatum ter. uel magis. non erit alicuius
significatio nisi tibi alium hoc nomen dare placu-
erit. Omnia enim nomina non naturaliter sunt
sed ad placita imponentur. Sed de his in commen-
tario periermenias libri dictum est & maior eius
[illegible] expediri debeat

Reuertamur ergo ad nomen sed quoniam sunt quaedam
uoces quae & designatiuae sunt & secundum placitum
& sine tempore quarum dubia sit natura. Ut est
non homo. hoc enim significat equidem quiddam
& secundum placitum apposita est enim. Sed dubium est
cui subdi possit. nomini enim non potest. Omne
enim nomen significat aliquod definitum.
Non homo uero quod definitum est perimit. Oratio autem
[illegible] oratio ex nominibus
et uerbis constat. Non homo autem neque ex no-
minibus constat neque ex uerbis. Sed multo magis esse
[illegible]
est. non homo uero sine tempore est. Quid sit ergo uiden-
dum est. Et quoniam non homo uox significat equi-
dem quiddam. Quiddam autem significet in nomi-
ne ipso non continetur. Potest enim non ho-
mo esse equus & lapis & domus. & quicquid homo
non fuerit. Quoniam ea quae significat potest infi-
nita sit. infinitum nomen uocatur. Et quoniam sunt
quaedam uoces et designatiuae ad placitum et
definitae & quarum partes extra nichil signifi-

cent. Ut sunt casus nominum. Ut ciceronis et cice-
roni. & cetera. haec nomina non erunt. Omne enim
nomen iunctum cum est uerbo. aut uerum aut
falsum demonstrat. ut si dicas cicero est. hoc est aut
uerum aut falsum est. Si uero casum iungas neque
uerum efficis. neque falsum. Si enim dicas ciceri est
nichil quid sit aut non sit demonstrasti. Itaque
nichil ex hoc neque uerum neque falsum efficeres.
Et merito dicitur nomen solum nomen merito
uocabitur. Qui enim primus circo cicerum nomen
imposuit. ita dixisse uidetur. Dicatur hic
circus. Atque ideo primus hic casus nominatiuus
dicitur quod nomen sit. alia uero non nomina
sed casus nominis appellauerunt. Ergo accipi-
[illegible] quod uox
nominum genus sit. Designatiuam uero. ut ab
his uocibus separaretur quae nichil significant
Ad placitum uero ut [illegible] quae na-
turaliter significant ut sunt pecudum. Cuius
uero nulla pars extra significant ut diuide-
retur ab oratione cuius partes nomina et uer-
ba sunt. quae significant. Sine uero tempore
dictum est ad diuisionem uerbi quod cum
tempore est. Finita uero ut ab infinitis separare-
tur. Recta uero ut a casibus disiungeretur. Et in
uerbo omnia eadem fere conueniunt.

Est enim uerbum uox significatiua ad
placitum cum tempore cuius nulla pars
extra significatiua est. & quia est quaedam uox sig-
nificatiua ad placitum cum tempore cuius nul-
la pars nichil significat ut est non albet. Albet
enim quod cum non iunctum cum significat
solum non significat. & quia nil diffinitum de-
monstrat. Quod enim non albet potest & rube-
re potest et nigrescere potest & pallere. Et quicquid
non albet ideo infinitum nomen uocatum est. Faci-
ebat autem et facturus. Ut supius in nomine
in uerba sed casus uerborum sunt. Repetendum est
ergo [illegible] agenere
[illegible]
[illegible]
natura significatiuae sunt uocibus separaretur.
Cum tempore uero ut a nomine diuideretur
Presens aliquid significat ut a uerbis casibus
disiungeretur. Finita uero ut ab infinitis discer-
minaretur. Restat igitur nunc de re quid

sit oratio dicere. hec enim ex nomine et uerbo compo-
ni uidetur. Sed prius utrum nomen et uerbum sole
partes orationis sint consideremus. an etiam alie sicut
ut grammaticorum opinio fert. an aliqua ex his
in nominis et uerbi iura uertantur. Quod nisi prius
constitutum sit tota propositionum ac deinceps ea
ipsa que ex propositionibus componuntur sillogismorum
ratio titubabit. Nam si ex quo sint genere tantum
nesciatur totum ignorabitur. Nomen et uer-
bum due sole partes sunt putande. Cetere enim
non partes sed orationis supplementa sunt. Ut
enim quadrigarum frena uel lora non partes
sed quedam quodam modo ligature et ut dic-
tum est supplementa sunt. non etiam partes
et sic coniunctiones et prepositiones et alia huius
modi non partes orationis sunt sed quedam col-
ligamenta. Principium uero quod uocatur uerbi lo-
co ponitur. quoniam temporis demonstratiuum est
Aduerbium uero nomen est cuiusdam enim diffi
nite significationis est sine tempore. Quod si per
casus non flectitur nichil impedit. Sunt enim
quedam nomina que flecti per casus non possunt
que a grammaticis monoptota nominantur. Sed
hoc grammatice magis quam huius considera-
tionis est.

Ratio est uox designatiua ad placitum
cuius partes extra aliquid significant
ut dictio non ut affirmatio. Et est orationi com-
mune cum nomine et uerbo quod uox est et desig-
natiua et ad placitum. Cuius enim partes sunt
ad placitum. ea quoque ipsa sunt ad placitum
Orationis autem partes nomen et uerbum sunt
sed hec ad placitum. Oratio igitur est ad placitum.
Termini uero a dialecticis nominantur uerba et
nomina. Termini uero dicti sunt quod usque ad
nomina et uerba resolutio partium fiat ora-
tionis. nequis orationem usque ad syllabas no-
minum uel uerborum temptet resoluere. que
iam designatiue non sunt. Distat autem a no
mine uel uerbo oratio quod illius partes extra
significat. Verbum uero et nominis partes nichil
extra designant. Est autem dictio unius sim-
plex uocabuli nuncupatio uel simplex affir-
matio. Atque ideo dictum est orationis partes
significant ut dictum est orationis partes
significat ut dictionem id est simplex uoca-
buli nuncupationem. In oratione enim que

que est socrates ambulat utraque enim extra sig-
nificat tantum quantum simplex uocabuli nun-
cupatio designare queat. Quomodo autem ut
[illegible]
tio perihermenias explicui. Quid autem sit affir-
matio uel negatio paulopost explicabimus. Spe-
cies uero orationis in angustissima diuisione sunt
quinque. Interrogatiua ut putasne anima im-
mortalis est? Imperatiua ut accipe codicem. Opta-
tiua uel deprecatiua ut faciat deus. Uocatiua
ut adesto deus. Enuntiatiua. Ut socrates ambu-
lat. Sed in illis [illegible]
neque falsitas est. Enuntiatiua uero sola aut uerum
continet aut falsum. atque hinc propositiones oriun-
tur. [illegible] partes
in affirmationem et negationem. Affirmatio
est enuntiatio alicuius ad aliquid. Negatio uero est
alicuius ab aliquo. Et est affirmatio ut puta.
Plato philosophus est. Negatio plato philosophus
non est. Affirmatio enim ad platonem phylo-
phiam aliquam enuntiat id est platonem esse phy-
losophum. Negatio uero ab [illegible] platone aliquam
phylosophiam enuntiando tollit id est plato
non habet philosophiam. [illegible]
ergo orationum. alie sunt simplices. alie non
simplices. Simplices sunt ut si dicas dies est
lumen est. Non simplices ut si dicas. Si dies est
lumen est. Affirmationes uero et negationes alie
sunt uniuersales alie particulares alie in-
definite. Uniuersales sunt que omni affirmant
Ut omnis homo animal est. aut omni negant. ut
nullus homo animal est. Particulares uero que ali-
quem affirmant uel aliquem negant. Ut aliquis
homo animal est. aliquis homo animal non est.
Indefinite uero que neque uniuersaliter affirmant
aut negant neque particulariter. ut homo ani-
mal est. homo animal non est. Diuiditur autem
simplex propositio in duas partes in subiecto et predi
cato. Ut homo animal est homo subiectum est
animal uero de homine predicatur. et est predicatum.
Hee autem partes termini nominantur quos diffi-
nimus sic. Termini sunt partes simplicis proposi-
tionis in quibus diuiditur principaliter propositio
Est enim simplicis propositionis uniuersalis
secunda diuisio. ut in propositione. Omnis homo
animal est. Omnis homo terminus unus est
alius uero terminus est. animal est. sed hoc secundo

loco illud uero principaliter. Nam primi termini sunt subiectum et predicatum. Est enim et non est non magis sunt termini quam affirmationis uel negationis designatiua sunt. Et omnis nullus uel aliquis non magis sunt termini quam diffinitionum utrum particulariter an uniuersaliter dictum sit designatiua sunt. Diuiditur ergo ut dictum est propositio in id quod subiectum est et in id quod predicatur. Dico autem subiectum ut in propositione homo animal est. homo. id uero quod predicatur animal. Et semper quod predicatur aut habundat et superest subiecto aut equatur. Minus autem predicatum a subiecto numquam repperietur. Sed id quod diximus demonstremus exemplis. Predicatum subiecto habundat quotiens genus aliquod de aliquo predicatur ut si dicas omnis homo animal est. Non enim potes conuertere ut dicas omne animal homo est. quia animal [illegible]. Equatur autem predicatum subiecto quotiens proprium quiddam cuipiam predicatur. Ut omnis homo risibilis est. Potes enim conuertere omne risibile homo est. Ut autem minus sit id quod predicatur ab eo quod subiectum est fieri nequit. Dicitur etiam precedere predicatum sequi quod subiectum est. Idoneius enim est predicatio constituere propositionem quam id quod subiectum est. Simplicium autem propositionum alie sunt in nullo sibi participantes ut sunt omnis homo animal est et uirtus bona est. et alie huiusmodi propositiones. alie uero que participant. Participantium alie sunt que utroque [illegible] participant alie que altero. Et [illegible] termino participant tribus modis [illegible] duobus. Ostendamus ergo exemplis [illegible] termino tribus modis participare. [illegible] termino [illegible] subiectus sit in altera predicatus. Ut est omnis homo animal est et [illegible] animatum. [illegible] predicatur ad [illegible]. In posteriore predicatur ad animal animatum. et sic animal subiectum. Et hic est primus modus de his que altero termino participant. Secundus uero modus est cum in utrisque communis terminus predicatur. ut si quis dicat omnis [illegible] candida et omnis margarita candida. [illegible] ipsa et [illegible] propositione. Candida predicatur. [illegible] ad

margaritam. Et hic secundus modus est altero termino participantium. Tertius modus est cum in utrisque propositionibus communis terminus subiectus est. ut si dicas uirtus bona est. uirtus iustitia est. In utrisque enim ad iustitiam et ad bonum uirtus subiectum. Sunt ergo participantes [illegible] terminum his tribus modis. aut cum in una communis terminus predicatur in alia subiectus est. aut cum in utrisque predicatur. aut cum in utrisque subiectus est. Earum uero que ad utrosque participant terminos duo sunt modi. Alii enim ad eundem ordinem. alii ad eiusdem commutationem. Ad eundem sunt qui de eodem idem [illegible] uel affirmatiue uel negatiue. uel uniuersaliter uel particulariter. Ut omnis uoluptas bonum est. Nulla uoluptas bona est. Et rursus particulariter. Quedam uoluptas bona est. quedam uoluptas bona non est. Ad eiusdem uero commutationem sunt quotiens qui in alia subiectus est. terminus in alia predicatus est. Ut omne bonum iustum est. et omne iustum bonum est. Nam in priori bonum subiectus est. iustum predicatur. In secunda iustum subiectum bonum predicatum. Hunc ergo quoniam alie sunt participantes ad eundem ordinem alie ad ordinis commutationem. Prius dicemus de his que ad eundem ordinem utroque termino participant. Et quoniam sunt propositiones alie affirmatiue alie negatiue alie uniuersales. alie particulares alie indefinite. Due ex his sunt que qualitate differunt. tres que quantitate. Et sunt que qualitate differunt affirmatiua et negatiua. ad quantitatem uero que differunt sunt. Particularis. Uniuersalis. Indefinita. In affirmatiua uero et negatiua quale quid sit aut non sit ostenditur. In uniuersali. Particulari. Indefinita. de omnium uel nullorum uel non nullorum quantitate monstratur. Existunt ergo quinque differentie. id est uniuersalis. Particularis. Indefinita. affirmatiua et negatiua. [illegible] his [illegible] bus que ad quantitatem dicuntur. due que ad qualitatem aptantur. et sic uniuersalis affirmatiua. et uniuersalis negatiua. Ut omnis homo iustus est. Nullus homo iustus est. Et particularis affirmatiua et particularis negatiua. Ut quidam homo iustus est. quidam homo iustus non est. Et indefinita affirmatiua et indefinita negatiua. Ut homo iustus est. homo

iustus non est. Fiunt ergo his que sunt duabus que ad qualitatem, tribus que sunt ad quantitatem iunctis, sex coniunctiones, de quibus indefinitas affirmativas et negativas separemus et de solis universalibus et particularibus tractatus habeatur. Subscribantur igitur earum participantium que ad eundem ordinem utroque omnino participant due universales propositiones, una affirmativa, altera negativa. Et sit affirmativa universalis: Omnis homo iustus est, et contra ipsam universalis negativa: Nullus homo iustus est. Item sub his ponantur particularis affirmatio et particularis negatio, ita ut sub universali affirmativa ponatur particularis affirmatio et sub universali negativa ponatur particularis negatio. Et sit particularis affirmativa: Quidam homo iustus est. Et contra ipsam particularis negativa: Quidam homo iustus non est. Quod demonstratur subiecta descriptio.

In superiore igitur descriptione universalis affirmativa et universalis negativa contrarie sunt. Subcontrarie vero particularis affirmativa et particularis negativa. Subalterne vero dicuntur universalis affirmativa et particularis affirmativa, et item universalis negativa et particularis negativa. Contradictorie sunt angulares, id est universalis affirmativa et particularis negativa, et item universalis negativa et particularis affirmativa, ut Omnis homo iustus est, Quidam homo iustus non est; Nullus homo iustus est, Quidam homo iustus est. Et sunt ut hoc modo diffiniri possint: Contrarie sunt que universaliter [illegible] hec affirmat hec negat. Subcontrarie sunt que particulariter eidem idem hec affirmat hec negat. Subalterne sunt que eidem idem hec affirmat [illegible] hec particulariter illa universaliter. Contradictorie sunt quando eidem eandem rem hec affirmat vel negat [illegible] illa generaliter hec particula-

re. Et universales contrarie, quia quod affirmatio universaliter ponit, negatio universaliter tollit, et quod affirmatio particularis ponit, negatio universalis tollit. Subalterne sunt quia quod illa universaliter ponit hec etiam particulariter ponit, vel quod illa universaliter tollit hec particulariter tollit. Subcontrarie [illegible] sunt vel quod particulariter sub ipsis contrariis posite sunt, ut descriptio docet, vel quia a contrariis divise sunt et ipsis contrariis quodammodo sunt contrarie. Nam ut contrarie simul vere fieri nequeunt, ut utreque omnino non sint fieri potest, contrariam vim optinebunt subcontrarie. Nam utreque omnino non sint fieri non possunt, ut utreque simul vere fieri possunt. [illegible] Contradictorie dicuntur que universalis affirmatio vel particularis negatio [illegible] angulariter respiciunt. Cum autem singule propositiones habeant duas differentias, unam ad qualitatem, aliam ad quantitatem, ut que universalis affirmatio est habet differentiam ad quantitatem quia universalis est, et item ad qualitatem quia affirmativa est, et eadem [illegible] habent differentias, unam solam qualitatem, aliam solam quantitatem. Subalterne que sunt una tantum differentia distant, quod hec particularis, illa universalis est. Nam qualitatis differentiam nullam retinent. Utraque enim [illegible] contrarie et subcontrarie ad qualitatem, quod illa affirmativa, illa negativa est. Nam ad quantitatem nihil differunt. Utreque enim universales contrarie, utreque subcontrarie particulares sunt. He autem que contradictorie dicuntur utraque differentia distant. Nam et illa universalis affirmatio est, hec particularis negatio, et illa universalis negatio, hec particularis affirmatio. Nam quicquid quantitate vel qualitate vel quomodo differunt differentie dictum est. Earum propositionum que [illegible] Igitur earum que subalterne sunt, si fuerit universalis affirmatio vera, erit et particularis affirmativa. Si enim omnis homo iustus est vera est, vera erit et que dicit Quidam homo

iustus est. Nam si omnis homo iustus est et quidam. Et eodem modo negatiue subalterne. Nam si uniuersalis negatiua uera fuerit erit etiam uera particularis negatiua. Ut si nullus homo iustus est uera fuerit uera erit etiam aliquis homo iustus non est. Nam simul iustus est nec quidam. Conuersa autem non potest. Nam particularis uera fuerit non necesse erit ueram esse etiam uniuersalem. Ut si quidam homo iustus est uera sit non necesse erit ueram esse omnis homo iustus est. Potest enim esse non omnis. Et eodem modo de negatiua. Nam si particularis uera fuerit ut est quidam homo iustus non est. non necesse erit uniuersalem. Nullus homo iustus est ueram esse. Potest enim fieri ut [illegible] quidam iusti sint. Ergo dicimus in subalternis propositionibus si uniuersales uere sint particulares ueras esse necesse est sed non conuertitur. Nam si particulares uere sint non necesse est ueras esse uniuersales etiam. Particulares uero ad uniuersales contrariam conuersionem habent. Nam ut supra si uniuersales uere essent uere essent etiam particulares et si uere essent particulares non omnino uere essent etiam uniuersales. In particularibus si particulares false fuerint false erunt etiam uniuersales. Nam si particularis quidam homo iustus est falsa fuerit uniuersalis etiam omnis homo iustus est falsa erit. Nam si quidam homo iustus est falsa est uera est nullus homo iustus est. Si uera est nullus homo iustus est falsa est omnis homo iustus est. Falsa ergo particulari falsa erit uniuersalis. Item si negatiua particularis falsa fuerit. Que est quidam homo iustus non est falsa erit etiam. Nullus homo iustus est. Nam si falsa est quia quidam homo iustus non est uera est quia omnis homo iustus est. Si uera est hec falsa est. Nullus homo iustus est. Falsa ergo particulari falsa erit etiam uniuersalis. Sed non conuertitur ut si uniuersales false sint falsas esse necesse sint particulares. Nam si omnis homo iustus est uniuersalis fuerit non necesse erit particularem. Quidam homo iustus est falsam esse. Potest enim fieri ut si omnis iustus non fuerit sit quidam iustus. Et item si uniuersalis negatiua nullus homo iustus est falsa fuerit non necesse est quidam homo iustus non est falsam esse. Nam si falsa est uera est aliquos iustos esse. Vera est etiam que dicit. quidam homo iustus non est quod sint quidam etiam non iusti. Repetendum ergo [illegible] dicit quod in subalternis si uniuersales uere fuerint uere erunt etiam particulares. Sed non conuertitur. Item si particulares false fuerint false erunt etiam uniuersales sed non conuertitur. Contrarie uero numquam simul uere esse possunt. Potest autem fieri [illegible] false sint. Alias una falsa una uera. Utreque false sunt ut si quis dicat. Omnis homo grammaticus est. falsa est. Nam non omnis. Et nullus homo grammaticus est falsa est. Nam non nullus. Est autem una uera altera falsa ut si quis dicat. Omnis homo bipes est hec affirmatio uera est. Nullus homo bipes est. hec negatio falsa est. Et item omnis homo est quadrupes est. hec affirmatio falsa est. Nullus homo quadrupes est. hec negatio uera est. Sunt ergo contrarie aliquotiens utreque false aliquotiens inter se uerum falsumque diuidentes. Ut utreque autem simul sint fieri numquam potest. Subcontrarie uero contrarie patiuntur. Nam false numquam reperiri queunt. Sed alias utreque uere sunt ut est. Quidam grammaticus homo est. uera est quidam homo grammaticus non est. etiam hec uera est. Potest enim alius esse grammaticus alius non esse. Alias una uera altera falsa. Vera est enim affirmatio. quidam homo bipes est falsa autem negatio. quidam homo bipes non est. Item falsa est affirmatio. Quidam homo quadrupes est uera negatio. quidam homo quadrupes non est. Ut uero utreque false sint fieri numquam potest. Restat ergo ut de contrariis et subcontrariis dicamus que neque false simul esse possunt aliquando neque uere. sed semper una est uera altera falsa. Quod facilius liqueret si quis sibi quecumque fingat exempla. Res autem monet ut quedam de indefinitis propositionibus consideremus. Indefinite enim propositiones equaliter [illegible] particularibus propositionibus. [illegible] enim quod si uniuersales affirmatiue ut negatiue in subalternis propositionibus essent uere essent quoque uere etiam particulares. Nunc uero dicimus quod si uniuersales propositiones uere fuerint uere erunt etiam indefinite. Nam si uera est omnis homo bipes est uera est et quidam homo bipes est. Vera etiam indefinita que dicit homo bipes est. Item dictum est. quod si particulares false essent false essent etiam uniuersales. Nunc dicendum est quod si indefinita falsa fuerit falsa

erit etiam uniuersalis. Nam si falsa est que dicit homo quadrupes est falsa etiam erit que dicit quidam homo quadrupes est et omnis homo quadrupes est. Atque hoc idem in negatiuis conuenire uidetur. Unde constat quod omnis indefinite propositiones particularibus propositionibus equam uim continent. Rursus dictum est quod subcontrarie que particulares affirmatiue et negatiue sunt simul esse uere possunt. Diuidere etiam uerum uel falsum ualeret simul uero falsas esse non posse. Hoc idem in indefinitis propositionibus expectandum est. Nam diuidunt inter se uerum falsumque. Ut si quis dicat homo bipes est uerum est homo bipes non est falsum est. Et item homo quadrupes est falsum est homo quadrupes non est uera est. Uere autem simul inueniri possunt ut si quis dicat homo grammaticus est si quis hoc dicat de donato uerum est. Item grammaticus non est homo. si quis hoc dicat de catone uerum est. Ut simul false sint nunquam reppierimus. Hinc quoque ostenditur indefinitas cum particularibus equali esse potentia. Amplius. quod dictum est contrariacentes id est uniuersalem affirmatiuam et particularem negatiuam et item uniuersalem negatiuam et particularem affirmatiuam neque ueras simul esse neque falsas sed inter se diuidere uerum falsumque. idem hoc euenit in indefinitis. Nam uniuersalis affirmatiua et indefinita negatiua uel uniuersalis negatiua et indefinita affirmatiua neque uere simul esse possunt neque simul false. Diuidunt autem inter se uerum falsumque. Nam si dixeris. Omnis homo bipes est uera est. Et si dicas homo bipes non est falsa est. Item si dixeris homo quadrupes est falsa est si dixeris. Nullus homo quadrupes est uera est. Unde hinc quoque colligere licet omnis indefinitas potestate et inequales esse particularibus. Sunt etiam quedam propositiones que diuidunt quidem et ipse uerum et falsum. Ut deus fulminat. deus non fulminat. Sed iste cum diuidunt inter se uerum et falsum tum idem tempus. idem subiectum idem predicatum sit. Quod autem dico tale est. Si equiuocum subiectum fuerit non diuidunt uerum aut falsum. Si enim quis dicat Cato se utice occidit et respondeatur. Cato se utice non occidit utraque uere sunt. Nam et cato minor se utice occidit et cato se utice non perimit. Sed hoc ideirco euenit. quod catonis nomen equiuoce dicitur. Dicitur enim et maior cato censorinus. et minor uticensis. Item si equiuoca fuerit in propositione predicatio uerum inter se affirmatio negatioque non diuidunt. Si quis enim dicat in nocte lucet et respondeatur in nocte non lucet fieri potest ut utraque uere sint. Nam et in nocte lucerna lucere potest et sol lucere non potest. Hoc autem ideo euenit quod lucere equiuocum et ad lucerne lumen et ad solis dicitur. Amplius. Si aliud et aliud in subiectis et predicatis tempus fuerit uerum falsumque inter se affirmatio negatioque non diuidunt. Nam si quis dicat. Socrates ambulat et respondeatur. Socrates non ambulat. Possunt utraque uere esse. Potest enim fieri ut socrates alio tempore ambulat alio tempore non ambulet sed aut stet aut sedeat aut quidlibet aliud. In talibus igitur propositionibus quales sunt. Socrates ambulat. socrates non ambulat. hec inter se uerum falsumque diuidunt que ad idem subiectum ad idem predicatum ad idem tempus dicuntur. Sunt etiam alie propositiones que contradictorie dicuntur. que sunt huiusmodi quotiens confirmationem uniuersalem negatio particularis tollit. Ut est. Omnis homo iustus est. non est omnis homo iustus. Et rursus nullus homo iustus est. et quidam homo iustus est. In his enim uniuersalis diffinitio tollitur sed de his alias. Et quoniam de his dictum est que eo ordine participant. dicamus nunc de his que ad ordinis commutationem participant earum conuersio propositionum que ad commutationem ordinis participant duplex est. Est enim per contrapositionem conuersio propositionum. Ut si dicas omnis homo animal est. Omne non animal non homo est. Simplex conuersio est ut si dicas. Omnis homo risibilis est. et conuertas omne risibile est homo. Sed in illis tantummodo commutatio conuersionem facit in quibus neque predicatum subiecto neque subiectum predicato habundat in hac enim propositione que dicitur. Omnis homo risibilis. homo subiectum et risibile predicatum. equam uim habent. et ideo conuerti potest. ut sit risibile subiectum. homo predicatum. et dicatur omne risibile est homo

In quibus uero unus terminus alio habundan-
tiore propositio conuerti non potest. Nam si dicas
Omnis homo animal est. uera est non tamen po-
test fieri ut conuersa hec propositio terminis com-
mutatis uera sit. falsum est enim dicere omne (line struck through)
animal homo est. Sed cum hoc euenit: quia ho-
mine animal habundat. Illa uero conuersio que
per contrapositionem fit hoc modo fit. quotiens
quod in affirmatione subiectum fuerit id
mutant et faciunt predicatum ad negatiuam parti-
culam ponitur. Ut est omnis homo animal est.
hic homo subiectum est et ad hoc animal predi-
catum. Si quis uero per contrapositionem conuertat
et faciat animal predicatum hominem uero sub-
iectum et ad hominem negatiuam particu-
lam ponat hoc modo faciet. Omne animal
non homo est. et erit ista conuersio omnis homo
animal est. Omne animal non homo est. Sed de
his posterius tractabimus nunc ad simpli-
cem reuertamur. Cum sint ergo quattuor
propositiones quarum hee sunt uniuersales
affirmatiua et negatiua. due uero particula-
res id est affirmatiua et negatiua. Particu-
laris affirmatiua et uniuersalis negatiua (line struck through)
commutatis terminis sibi ipsa conuertitur.
Conuertuntur autem ille ut dictum est
quotiens commutatis terminis sibi ipsa con-
uertitur. Conuertuntur autem ille ut dic-
tum est quotiens commutatis terminis uel (line struck through)
simul uere sunt uel simul false. Nam si quis
dicat. Quidam homo animal est uera est
conuersio uero eius. Quidam animal homo est
uera est. Item. Quidam homo lapis est falsa est.
Quemadmodum et eius conuersio. Quidam lapis
homo est et ista falsa est. Est ergo particularis affir-
matiua que commutatis terminis sibi ipsa conuer-
titur. Idem uero patitur uniuersalis negatio. Si
quis enim dicat. Nullus homo lapis est uera est
et potest conuerti. Nullus lapis homo est. nam
et ista uera est. Item nullus homo rethor est fal-
sa est et eius conuersio. nullus rethor homo est
falsa est. In quattuor his propositionibus due tan-
tum contraiacentes sibi ipsi conuertuntur.
id est particularis affirmatio et uniuersalis
negatio. Due uero due sibi ipsi non conuertuntur (line struck through)
Nam neque uniuersalis affirmatio neque particula-
ris negatio. Si quis enim dicat. Omnis homo

animal est uera est. Si quis uero conuertat om-
ne animal homo est falsa est. Non igitur sibi
ipsi conuerti potest. quoniam conuersa prioris ue-
ritatem non recipit. Neque uero particularis ne-
gatio sibi ipsi conuertitur. Nam si quis dicat
Quidam homo grammaticus non est uera est
sic uero conuertat. Quidam grammaticus homo non
est. falsa est. Omnis enim grammaticus homo
est. Repetendum est ergo a capite. Cum quattuor
propositiones sint affirmatio uniuersalis nega-
tio uniuersalis. affirmatio particularis. ne-
gatio particularis particularis affirmatio
et uniuersalis negatio que contraiacentes
sunt sibi ipsi conuerti possunt. Uniuersalis
uero affirmatio et particularis negatio sibi ipsi
conuerti numquam possunt. Nec hoc nos per-
turbet quod quedam uniuersales affirmatio-
nes et quedam particulares negationes conuer-
ti possunt. Potest enim dici. Omnis homo risi-
bilis. et omne risibile homo. et utraque uere sunt.
Et item. Omnis homo hinnibilis est. falsa est.
Omne hinnibile homo. et hec quoque falsa est.
Item in particulari negatione. Quidam homo
non est lapis uera est. et quidam lapis non
est homo uera est. Item Quidam homo non
est risibilis falsa est. Quidam risibilis non est
homo. hec quoque falsa est. Ergo uidentur ui-
dentur particulares negationes et uniuersa-
les affirmationes posse conuerti. Conuertuntur
quidem sed non uniuersaliter. Generaliter autem
dico propositiones posse conuerti quotiens uni-
uersaliter id est in omnibus conuertentur. Iste
autem in duabus solis materiebus conuerti
possunt. Si quis enim proprium cuiuslibet
speciei ad ipsam speciem cuius est proprium uelit
ad subiectum predicet potest conuertere.
Nam quia risibile proprium est hominis. si pre-
dices risibile et hominem subicias. Ut est
omnis homo risibilis est. potes iterum risi-
bile subicere et hominem predicare. Ut si
dicas omne risibile homo est. Nullis enim si-
mul false sunt generalium affirmatio-
num conuersiones. in quibus id quod pre-
dicatur ad subiectum nullo tempore di-
ci potest. Ut si quis dicat omnis homo lapis
est falsa est. Et item Omnis lapis homo est falsa
est hec. quoniam nullo tempore neque homo lapis ne-

lapis homo uere predicabitur. In particularibus uero negatiuis contrarium est. Nam tunc false sunt cum proprium subiectum est aut predicatur. Ut si dicatur. Quidam homo risibilis non est falsa est. Item quidam risibilis homo non est. et hec quoque falsa est. Illis uere sunt quando id quod affirmando nullo tempore uere predicari potest. ad subiectum predicatur. Ut si dicas Quidam homo lapis non est uera est. Item Quidam lapis homo non est uera est. Ergo uniuersales affirmationes tunc sibi conuertuntur ut uere sint cum proprium predicant. tunc sibi conuertuntur ut false sint cum id quod nullo tempore ad subiectum uere dici poterit predicatur. Item in particularibus negatiuis tunc false sunt cum proprium predicant tunc uere cum id quod nullo tempore uere dici poterit predicatum. In his [illegible] sibi conuerti possunt. In aliis uero conuerti non possunt. atque ideo uniuersaliter non conuertentur. Remanet ergo ut in aliis rebus omnibus ut supra dictum est. uniuersaliter non conuertitur. Hoc uero perspiciendum est quod particularis affirmatio que sibi ipsa conuertitur uniuersali affirmationi que sibi non conuertitur per accidens conuerti potest. Et item. Contrariacens uniuersali affirmationi particularis negatio que sibi ipsi non conuertitur: conuerti potest per accidens negationi uniuersali que sibi ipsi conuertitur. Sed quoniam particularis affirmatio et uniuersalis negatio sibi ipsis conuertantur ostendimus. Nunc si quomodo particularis affirmatio uniuersali affirmationi per accidens uel quomodo particularis negatio. uniuersali negationi per accidens conuertatur demonstrandum [illegible]. Dictum est superius quod si uera esset uniuersalis affirmatio et uera particularis esset et sequeretur particularis uniuersalem. Nam si uera est. Omnis homo animal est uera est etiam. Quidam homo animal est. Si enim omnis et quidam. sed particularis affirmatio sibi ipsi conuertitur [illegible] uniuersali affirmationi. Nam si omnis homo animal est. et quidam homo animal est. Potest ergo conuerti ad omnis homo animal est uniuersalem affirmationem particularis affirmatio. Quidam homo animal est. Ut si dicas. Quoddam animal est homo. Utraque enim uere sunt. Et que dicit omnis homo animal est. et que dicit quoddam animal homo est. Per accidens autem conuerti dicitur particularis affirmatio uniuersali affirmationi quod particularis affirmatio [illegible] principaliter [illegible]. Solo loco affirmationi uniuersali conuertitur. Restat ergo ut hec monstremus quomodo particularis negatio que sibi non conuertitur uniuersali negationi que sibi conuertitur per accidens conuertatur et hic eadem ratione. Nam si uniuersalis negatio uera est uera esse particularis. Uniuersalis uero negatio sibi ipsa conuertitur. potest uniuersali negationi conuerse particularis negatio conuerti. Age enim uniuersalem negationem id est nullus homo hinnibilis est conuertamus ut sit nullus hinnibilis homo. Sed istam propositionem id est uniuersalem negationem que est nullus homo hinnibilis est sequitur particularis negatio que est quidam homo non est hinnibilis. Conuerte ergo uniuersalem que est nullus homo hinnibilis est. et fac nullus hinnibilis homo. conuerte hunc particularem negationem que est quidam homo hinnibilis non est. et fac quoddam hinnibile homo non est. Utraque enim uere sunt. Nam et nullum hinnibile est homo que est conuersio uniuersalis negationis uera est. et quoddam hinnibile non est homo. que est conuersio particularis negationis [illegible] demonstratum est. Liquet ergo per accidens conuersio. Quod ergo habet uniuersalis affirmatio hoc habet ei contrariacens particularis negatio. Utraque enim enuntiatio sibi non conuertitur. Quod autem habet uniuersalis negatio. hoc habet et ei contrariacens particularis affirmatio. Utraque enim sibi conuerti possunt. Iunctę ergo que sibi conuerti possunt. et que sibi conuerti non possunt ut que sibi conuerti potest iungatur ei que sibi conuerti non potest et que sibi conuerti non potest iungatur cum ea que sibi conuerti potest fecerunt per accidens conuersionem que sunt supra demonstratę. Restat ut de his conuersionibus dicamus que per contrapositionem fiunt. Et primum earum sit dispositio in descriptione subiecta. Generalis enim affirmationis que dicit. Omnis homo animal est conuersio per contrapositionem est que dicit. omne non animal non homo est. Item generalis nega-

tionis que dicit: Nullus homo animal est, conversio per contrapositionem est: Nullum non animal non homo est. Item particularis affirmationis que dicit: Quidam homo animal est conversio per contrapositionem est que dicit: Quoddam non animal non homo est. Item particularis negationis que dicit: Quidam homo animal non est conversio per contrapositionem est: Quoddam non animal non homo non est. quod monstrat subiecta descriptio.

[H]is ergo ita positis quomodo dictum est superius in simplici terminorum conversione quod particularis affirmatio et particularis negatio sibi ipsis non convertentur. Hic in per contrapositionem conversionibus contra est. Nam generalis affirmatio et particularis negatio per contrapositionem sibi ipsa convertitur. Generalis vero negatio et particularis affirmatio sibi non convertuntur. Quod ita esse his exemplis probabimus. Si enim vera sit affirmatio generalis que dicit: Omnis homo animal est vera erit per contrapositionem conversio que dicit: Omne non animal non homo est. Quod enim animal non fuerit id homo non est. Et si falsa fuerit generalis affirmatio que dicit: Omne animal homo est. falsa erit etiam eius per contrapositionem conversio. que dicit: Omnis non homo non animal est. Potest enim fieri ut quod homo non est animal sit. Illa enim negat esse animal quod homo non fuerit. Quod si vera est generalis affirmatio vera est eius per contrapositionem conversio. At sicut falsa est generalis propositio dubium quin generalis affirmatio possit sibi ipsa converti. Item nunc ostendendum est quomodo particularis negatio quoniam sibi ipsa convertitur per contrapositionem. Nam si falsa est que dicit: Quidam homo animal non est falsa erit etiam eius per contrapositionem conversio que dicit: Quoddam non animal non homo non est. Hoc enim videtur hec propositio dicere.

Quedam res que animal non est homo est. Qui enim dicit non homo non est: hominem esse significat quod animal non sit. hoc vero aperte falsum est. Omnis enim homo animal est. Et si vera fuerit particularis negatio que dicit: quoddam animal homo non est vera erit eius etiam per contrapositionem conversio. que dicit: quiddam non homo non animal non est. Equale est enim ac si diceret: Res que homo non est non animal non est sed est animal ut equus et bos et homo non est et est animal. ergo sicut particularis negatio falsa est. falsa est et eius per contrapositionem conversio. Et sicut particularis negatio vera est. vera est etiam eius per contrapositionem conversio. non est dubium quin particularis negatio per contrapositionem possit sibi converti. Nunc quoniam ostensum est generalem affirmativam et particularem negativam per contrapositionem sibi posse converti. Nunc ostendamus generalem negationem et particularem affirmativam per contrapositionem sibi non posse converti et prius de generali negativa dicendum est. Nam si generalis negatio vera est non necesse erit per contrapositionem sibi conversam veram esse. Sed si falsa fuerit per contrapositionem sibi conversam falsam esse necesse est. Nam si falsa est que dicit: nullus homo animal est. falsa erit fortasse per contrapositionem conversio que dicit: nullum non animal non homo est. Equale est enim ac si dicat: Nulla res est que non sit animal et non homo sit. Quod est: Omnis res que animam non habet homo est quod aperte falsum est. Item si vera fuerit generalis negatio falsa erit eius per contrapositionem conversio. Nam si vera est que dicit: nullus homo lapis est. falsa erit eius per contrapositionem conversio que dicit: Nullus non lapis non homo est. Equale est enim ac si dicant: Nulla res est que cum non sit lapis non homo sit. Quod est: Omnis res quecumque lapis non fuerit homo est quod falsum est. Innumerabilia enim invenies que cum non sint lapides et inde homines non sunt. Ergo quoniam si generalis negatio vera vel falsa fuerit falsa est eius per contrapositionem conversio. non est dubium generalem negationem sibi non posse converti. Restat igitur illud quod reliquum est monstremus particularem affirmationem per contrapositionem sibi non posse converti.

Cum enim fuerit particularis affirmatio uera erit etiam uera eius per contrapositionem conuersio. Et si semper falsa fuerit uera erit eius per contrapositionem conuersio. Nam si uera est que dicit quidam homo animal est. uera est eius per contrapositionem affirmatio. Quoddam non animal non homo est. Equale est enim ac si diceret. Quedam res que animam non habet homo non est quod uerum est. Lapis enim animam non habet et tamen homo non est. Item si particularis affirmatio que dicit quidam lapis homo est falsa est uera erit eius per contrapositionem conuersio que dicit quidam non homo non lapis est. Equale est enim ac si diceret. Quedam res que homo non fuerit lapis non est. quod uerum est. Equus enim homo non est. et tamen lapis non est. Ergo si cum in quibusdam particularis affirmatio uera fuerit. uera erit eius per contrapositionem conuersio. Et si cum in quibusdam falsa fuerit particularis affirmatio uera erit eius per contrapositionem conuersio. Non est dubium particularis affirmationem [illegible] conuerti non posse. Generalis uero negatio et particularis affirmatio que contrariacentes sunt in per contrapositionem conuersionibus contraria patiuntur. Nam in generalibus negatiuis siue generales negatiue uere fuerint siue false per contrapositionem conuersiones semper false sunt. In particularibus autem affirmatiuis siue particularis affirmatio uera fuerit siue falsa eius per contrapositionem conuersio uera est. Repetendum est igitur a superioribus et confirmandum quod in simplicibus et in aliorum conuersionibus particularis affirmatio et generalis negatio sibi conuerti possunt. Generalis uero affirmatio et particularis negatio sibi conuerti non possunt. In his uero conuersionibus que per contrapositionem fiunt. contra est. Nam generalis affirmatio et particularis negatio per contrapositionem sibi ipsi conuerti possunt. Generalis uero negatio et particularis affirmatio per contrapositionem sibi ipsi conuerti non possunt. generalis negatio uel particularis affirmatio que contrariacentes sunt in ueri falsique distantia ut demonstratum est sibi ipsis inuicem contraria patiuntur. Hec de cathegoricorum sillogismorum kategoricis propositionibus dicta sufficiant. Si qua uero his preter missa sunt in periermenias aristotelis commentario diligentius subtiliusque tractata sunt.

[S]uperioris uoluminis series quod ad kathegoricorum sillogismorum propositiones attinebat explicuit.

Nunc autem quando introductionis patitur temperamentum de ipsa kathegoricorum sillogismorum ratione tractabitur. Et quoniam omnium [illegible] his maxime [illegible] compositi aut penes bonam malam ue compositionem eius laus uituperatioque tenetur. Namque domus si sit fortibus debilibusque lapidibus constructa ipsa quoque est fortis aut debilis. porro autem si artifices compositionem equabilem solertemque fuerit nacta ipsa quoque constructionis merito stabilitatis erit laudabile fundamentum. Sin uero insolertior compositio sit tota quoque quamuis ex bonis ordinata lapidibus nulla sese [illegible]. Nos quoque hanc eandem imaginem secuti prius de his quibus sillogismus ipse constat id est propositionibus explicuimus. Nunc uero de ipsa uenientes sillogismorum coniunctione compositioneque tractamus. Illud uero meminisse debebis introducendis hec me prestitisse inchoantibus non docendis. Et prius quid sit esse in omni uel non esse paucis ostendam. Si qua enim [illegible] generis fuerit [illegible] speciem continebit. Et in toto speciei genere illa esse dicetur. Sit enim genus animal homo uero species. homo igitur quoniam minus est quam animal in toto animali esse dicitur. Omnis enim homo animal est. Si quis igitur sic dicat aliquam rem de omni alia predicari conuersa uice nichil interest. Nam sicut in toto animali homo est sic etiam de omni homine animal predicatur. In toto uero non esse est quotiens aliqua res ab aliqua re omni disiuncta est. Ut si dicas animal in nullo lapide est. Nullum enim animal lapis est. ac si dicas animal de nullo lapide predicatur. De nullo enim lapide animal dicitur. Diffinimus ergo in toto esse uel in toto non esse sic. In toto esse uel de omni predicari dicitur quotiens non potest inueniri aliquid subiecti ad quod illud quod predicatur dici non possit. Namque nichil ho-

-minus inveniatur ad quod animal predicari
possit. In toto vero non esse vel de nullo predicari
dicitur quotiens nichil subiecti potest inveni-
ri ad quod illud quod predicatur dici possit.
Nichil enim lapidis potest inveniri de quo
possit animal predicari. Illud sane notandum
est quod esse in toto uersa uice dicitur. Nam sicut
quod de omni alio predicatur illud de quo predi-
catur in toto illo esse dicitur quod predicatur
ut animal de homine dicitur homo vero in toto
est animali. Velut quedam pars intra totum
animal lateat. Et si quid in alio omni fuerit
in eo toto res illa de qua superius dicebatur esse
dicitur. Ut idem animal cum in omni homi-
ne sit et de eo omni predicetur homo in toto
est animali. His igitur positis quotienscumque ita dici-
mus. Ut litteras pro terminis disponimus. pro
brevitate hoc et pro compendio facimus. et id
quod per litteras demonstrare volumus univer-
saliter demonstramus. Nam fortasse inter-
minis aliquid falsum ingerendum necesse
sit. in litteris vero numquam fallimur. Quando ad
hoc utimur litteris. quasi si terminos ponere-
mus. In litteris vero ipsis nisi terminorum commu-
tio per se firma valensque fuerit nulla neque veri-
tas neque falsitas reperietur. Quotiens igitur aliud de
alio omni predicari volumus ostendere sic po-
nimus. Sit primus terminus. A. secundus vero. B. et pre-
dicetur. A. de omni. B. Hoc autem ita accipi-
to. tanquam si posuerimus. A. animal et
B. hominem. Eodem modo etiam de negati-
vis. Namque si dicamus. A. de nullo. B. predi-
catur tale est ac si dicamus. A. quod est
animal de nullo lapide predicatur quod
est. B. et alia quecumque his fuerint similia.

Omnis autem sillogismus simplex sillogismus
tribus terminis demonstratur atque concluditur.
Sed [illegible] figuras [illegible] post vero
de modis eorum ordinibusque tractabimus. Tri-
bus igitur terminis ita positis ut propter se et sibi co-
nexi sint tres non ultra fieri complexiones
necesse est hoc modo. Sit enim. A. bonum sit
B. iustum. sit. C. virtus. Aut enim. A. predicabitur
de. B. et. B. de. C. Aut certe. A. et de. B. predica-
bitur et de. C. aut isdem ipsis. A. et. B. C. terminus
videbitur esse subiectus. Sit enim. A. bonum
B. iustum. sit. C. virtus. Aut enim. A. id est
bonum erit in omni. B. id est iusto et dicetur
omne bonum iustum est. et item. B. iustum in
omni. C. id est virtute. et dicatur omnis virtus
[illegible] propositionis. Omne
iustum bonum est. omnis virtus iusta est. Aut
A. id est bonum de. B. quod est iustum. et. C. quod
est virtus. predicabitur. ut sit omne iustum
bonum est. Omnis virtus bona est. Aut certe. A.
bonum. B. iusto. et. C. virtuti subiacebit. ut
dicatur. Omne bonum iustum est et omne bo-
num virtus est. In hac enim complexione. B. et.
C. de solo. A. termino predicantur. Ubi vero. A. de
omni. B. termino. et. B. item predicatur de omni
C. hanc figuram voco primam que diffinitur
sic.

Prima figura est in qua is qui subiectus
est de alio predicatur. Namque. B. quod. A.
termino subiectum est. ad. C. item terminum
predicatur. Extremitates vero huius figure
dico quod predicatur et quod subiectum est
id est. A. et. C. Namque. A. predicatur. de. B. termino
C. vero terminus. B. termino subiacet. Medium vero
voco illud quod alii subiacet et de alio predi-
catur id est. B. Namque. B. terminus. A. termino
subiacet. De. C. vero termino predicatur. Ma-
ior vero extremitas est que prima predicatur id
est. A. Namque idem de. B. termino predicatur.
Minor vero que medio termino subiacitur. Namque
C. terminus. medio termino. id est. B. subiectus est.
Unde eum. B. medius terminus dicitur.
Maior vero terminus. A. vocatus est. id est qui pre-
dicatur. quoniam omne predicatum ab eo de quo
predicatur maius est. et in conclusione sicut
et in prima propositione. A. semper terminus predi-
catur. A. enim bonum predicatur. B. iusto. et
dicatur omne iustum bonum est. B. vero medius
terminus predicatur de. C. et dicatur omnis vir-
tus iusta est. Ex his igitur in sillogismo concluditur
Omnis virtus bona est. Et. A. bonum nominabi-
tur de. C. [illegible]
tremitas appellatur. Illud vero meminisse debe-
mus que ea que paria sunt retorqueri posse
et ad se invicem predicari. Et sicut id quod
predicatur in eo quod subiectum est. omni est.
ita rursus conversim quod fuerat subiectum
in eo quod antea predicabatur omni erit.
Nam si. F. et. G. duo termini ita sunt sibi equa-

les ut neuter neutro maior sit. Cum predicantur. f. de omni. e. erit. f. terminus [illegible] termino. Si uero conuertas et predices. g. terminus de. f. termino erit iterum. g. terminus in omni. f. termino. Sit enim. f. risibile. g. homo. Ergo si predices. f. risibile et. g. hominem subicias. f. risibile in omni. g. inuenietur. Omnis enim homo risibilis est. Si uero predices. g. hominem id est. f. risibile. g. homo in omni. f. risibili inuenietur. Omne enim risibile homo est. Quid autem termini sint uel quid predicatio aut quid subiectio priori de propositionibus libro satis dictum est. Sed ne forte erremus quod uidetur uniuersalis affirmatio conuersa. Nam de hoc quoque superius iam dictum est. Modo uero hoc solum monstrare uolumus quod que sunt in toto paria sola conuertantur. Hoc tamen prodest ad ostensionem sillogismorum que fit in circulo quam in analeticis diximus. Ac de prima cathegoricorum figura sillogismorum expeditum est.

[S]ecunda uero figura est quotiens. a. terminus de utrisque. b. et. c. terminis predicatur hoc modo. Si enim dicas. a. bonum de omni b. iusto. ut sit hoc modo propositio. Omne iustum bonum est. et item. a. bonum de omni c. uirtute predicatur. ut dicas Omnis uirtus bona est. solum. a. de utrisque. b. et. c. terminis predicasti. et hec erit secunda figura. Medius autem in hac figura erit qui de utrisque predicatur id est a. Extremitates uero ea que subiecta sunt. id est b. et c. Maior uero extremitas est de qua prima. a. terminus appellatur id est b. Vel si ad. c. a. primus predicabitur. c. terminus maior extremitas inuenitur. Iccirco quod ea extremitas de qua medius terminus primo predicatur in conclusione ipsa quoque predicabitur ut posterius demonstratum est. Minor uero extremitas erit ad quam medius terminus posterius predicabitur

[T]ercia uero figura erit. quotiens. a. et. b. termini de uno. c. predicantur. Si quis enim predicet. a. id est bonum. de. c. id est uirtute. ut sit huius modi propositio. Omnis uirtus bona est. Et item. b. predicetur de. c. ut sit. Omnis uirtus iusta est. figuram terciam fecit. In hac uero figura medius terminus erit qui utrisque subiectus est. id est. c. Namque de c. termino. a. et. b. termini predicantur. Maior autem extremitas est que primo predicatur id est. a. Minor uero que postea id est. b. Vel si quem libuerit b. prius. a. posterius predicare. Secundum priorem posterioremque predicationem maior minorue extremitas inuenietur. Et hic quoque minor extremitas in conclusionibus sicut in superioribus aliis figuris de minore predicatur. [E]xpeditis igitur tribus sillogismorum figuris dicendum est quod perfectus sillogismus est cui ad integram probatamque conclusionem superius sumptis et propositis nichil deest. sed modo atque ordine facta conclusio nichil deesse habens preter que antea proposuit terminatur. Imperfectus sillogismus uero est cui nichil eque ad perfectionem deest. Verumtamen in his que in propositionibus sumpta sunt aliqua desunt cum ita esse uidetur. Sed hee distinctiones omnes posterius liquebunt. Nunc autem hee figure unde nascantur breuiter explicande. quoniam unde nascuntur in eadem iterum resoluuntur. Sed secunda figura et tercia de prima nascuntur [illegible] in omni. b. termino. et de eo predicetur; b. uero terminus de omni. c. termino predicetur. hec ut dictum est prima sillogismorum figura est. Si quis igitur maiorem extremitatem propositionemque conuertat et quod fuerat antea predicatum faciat esse subiectum secundam faciet figuram. Nam quemadmodum a. terminus predicatur de. b. termino. ita. b. de c. Si igitur conuertatur et fiat ut. b. terminus de. a. termino predicetur. Inuenitur. b. terminus qui antea fuerat medius et. a. termino subiectus de c. uero termino predicatum ad utrosque terminos predicatiuus est. Age enim quoniam. a. bonum de. b. iusto predicabitur. b. uero iustum de. c. uirtute et erit propositio. Omne iustum bonum est. Omnis uirtus iusta est. propositione manente que est. Omnis uirtus iusta est. Prima propositio id est omne iustum bonum est. conuertatur et fiat Omne bonum iustum est. Inuenientur igitur propositiones sic. Omne bonum iustum est. omnis uirtus iusta est. et iustum id est. b. de. a. et de. c. terminis predicabitur. Conuersa igitur maiore prioris figure extremitate secunda sillogismorum figura perficitur. Tercia uero figura nascitur minore propositione conuersa. Nam si. a. bonum predicatur de. b. iusto et dicitur. Omne iustum

bonum e. B. u iustum predicatur de .c. uirtute
& dicatur. omnis uirtus iusta e sic priore propositione
manente. Omne iustum bonum e. Secunda que est
omnis uirtus iusta e conuertatur & fiat. Omne
iustum uirtus est. inuenientur propositiones sic.
Omne iustum bonum est & omne iustum uirtus e
et de .b. iusto .a. & .c. omni predicantur & fit
tertie figure coniectio. Conuersis primis g posite
risque extremitatibus figure prime tertie uel secunde
figure nascuntur. Ac u una queque harum ter-
um figurarum habet plures sub se sillogismo-
rum modos. Vt modi sub figuris ita sunt ut se speci-
es subgeneribus suis. Habet enim prima figura sub
se aristotile auctore modos quattuor. Sed theo-
frastus uel eudemus super hos quattuor modos
quinque alios modos addunt. [illegible]
principium secundo priorum analeticorum uolu-
mine quod melius postmodum explicabitur.
Secunda u figura habet sub se quattuor modos.
Tertia u aristotile auctore sex addunt etiam
alii unum sicut ipse porphirius superiores se-
quens scilicet. Et quoniam in superiore libro dictum
est. Alie propositiones affirmatiue alie negatiue
sunt & harum alie uniuersales. alie parti-
culares secundum easque ipsas propositiones sillogismorum
[illegible]

Namque prime figure primus modus est
qui fit ex duabus uniuersalibus affirmatiuis
uniuersalem affirmatiuam colligens. Si enim
fuerit .a. omnius in omni .b. omnino. & si .b. omni
de omni .c. omnino predicatur .a. omnius de omni .c. omni-
no predicabitur. Namque .a. bonum si predicetur de
[illegible]
si de .c. predicetur uirtute. Vt sit omnis uirtus
iusta e necessario concluditur extremitatibus
ad se inuicem predicatis. id e .a. & .c. Vt sit omnis
uirtus bona est. Sunt g huiusmodi propositiones
[illegible]
.c. fuerit .a. omnius de omni .c. omnino predicabitur.
id e. omne iustum bonum e. Omnis uirtus iusta est
& fit conclusio. omnis g uirtus bona e. Et hic est
prime figure primus modus.

Secundus u modus prime figure est quotiens
ex prima uniuersali negatiua. & secunda uni-
uersali affirmatiua conclusio uniuersali negati-
one colligitur. Sit enim malum .a. .b. bonum
.c. iustum. .a. omnius de nullo. .b. omnino pre-
dicabitur. Nullum enim malum bonum est
[illegible]
enim iustum bonum e. quare colligitur. Nul-
lum iustum malum e. & e hoc modo. Si .a. o-
mnius de nullo .B. predicatur. .B. u omnius
de omni .c. fuerit predicatus. .a. omnius de nul-
lo .c. predicabitur. ut est. nullum malum bonum
est. Omne iustum bonum est. Nullum g ius-
tum malum est.

Tertius modus u prime figure quotiens
[illegible]
particulari affirmatiua particularis affirmatiua colli-
gitur. Nam si .a. uirtus de .b. id e bono pre-
dicetur. & .B. bonum de quodam .c. iusto
predicetur. Particulariter quoque erit con-
clusio erit particularis huiusmodi. Vt .a. uir-
[illegible]
[illegible]
omnius in aliquo .c. particulariter erit .a. om-
nius in aliquo. .c. ut sit. Omne bonum uirtus
est. Quoddam iustum bonum est. Quoddam
g iustum uirtus est.

Quartus modus prime figure e. quoti-
ens ex uniuersali negatione et parti-
[illegible]
colligitur. Nam si .a. omnius de nullo .b. omni-
no predicetur. .b. u omnius de quodam .c.
omnino predicetur. .a. omnius de quodam
.c. omnino non predicabitur quod demonstrat
subiecta descriptio. Nam sunt huiusmodi
propositiones. Nullum bonum malum e. &
quoddam iustum bonum est. Quoddam g
[illegible] non e. Hos g quattuor in
prima figura modos in analeticis suis aristo-
teles posuit. Ceteros u quinque theophrastus
uel eudemus addiderunt. Quibus porphiri-
us grauissime uir auctoritatis uisus est con-
sensisse. Qui sunt huiusmodi. Nam quoniam parti-
cularis affirmatio sibi ipsa conuertitur. si
quis ostenderit in conclusione .a. omnium
de quodam .c. omnino particulariter predi-
cari in eadem ipsa conclusione monstrauit.
quod .c. terminus de .a. omnino rursus par-

ticulariter predicetur. Nam sibi particularis propositio in conclusione conuertitur. Si a. terminus in quodam c. termino fuerit, c. terminus de quodam a. termino predicabitur. Item quisquis uniuersalem negationem in conclusione probauerit necesse eum ipsius quoque conuersionem in eadem probasse. Uniuersalis enim negatiua semper sibi ipsa conuertitur. Nam si quis probauerit quod a. terminus de nullo c. termino predicetur non est dubium quin in hac conclusione illud quoque probatum sit, quod c. terminus de nullo a. termino predicatur. Semper enim ut dictum est uniuersalis negatio sibi ipsa conuertitur. Uniuersalis quoque affirmatiua duplici conclusione continetur. Nam quisquis ostenderit a. terminum de omni c. termino predicari id quoque ostendit quod c. terminus de quodam a. termino particulariter predicetur. Si quis enim probauerit animal de omni homine predicari ita dicens. Omnis homo animal est illud quoque necessario monstrauit particulariter quoniam quoddam animal homo est. Ita semper uniuersalis affirmatio et uniuersalis negatio dupliciter uel particularis affirmatio concludentur. Alie enim sibi ipsis conuertentur que particularis est particulariter et que uniuersalis est uniuersaliter. Alie uero cum ipsa uniuersalis sit particulariter sibi ipsa conuertitur. Particularis autem negatio nunquam sibi ipsi conuertitur. Atque ipse simplicem ideo retinet conclusionem. Hec autem quod nuper diximus in secundo priorum analeticorum libro ab aristotile monstratur. quod scilicet theophrastus et eudemus principium capientes ad alios in prima figura sillogismos adiciendos animum adiecerunt. qui sunt huiusmodi qui ΚΑΘ ΑΝΑΚΛΑ[illegible] uocatur. id est prefractionem quandam conuersionemque propositionis.

[illegible]tem quintus modus ex duabus uniuersalibus affirmationibus particularem colligens affirmationem hoc modo. Si a. fuerit in omni b. et b. in omni c. posset etiam concludi quoniam a. esset in omni c. Sed quoniam ista propositio uniuersalis ut dictum est particulariter conuertitur pretermisso eo quod a. terminus de omni c. termino predicatur conclusio est dicitur. quod c. terminus de quodam a. termino predicatur quod hoc exemplo monstrandum est. Sicut sunt propositiones sic. Omne iustum bonum est Omnis uirtus iusta est. Possit etiam concludi. quoniam omnis uirtus bona est. Sed quoniam ista propositio sibi conuertitur ut sit quoddam bonum uirtus est particulariter. particularis sillogismus conclusioque colligitur ex duabus affirmatiuis uniuersalibus. Cuius uero forma talis est. a. terminus in omni b. et b. terminus in omni c. igitur c. terminus in quodam est a. Ut est omne iustum bonum est. Omnis uirtus iusta est. Quoddam igitur bonum uirtus est. per conuersionem quoque refractionemque dicuntur. quoniam quod uniuersaliter colligebatur conuersim particulariter collectum est.

[S]extus modus prime figure est qui fit ex uniuersali negatione et uniuersali affirmatione uniuersalem conclusionem per conuersionem colligens. Nam si a. terminus in nullo b. fuerit. b. uero terminus in omni c. fuerit possit equidem colligi quia terminus a. in nullo c. termino est. Sed quoniam uniuersalis negatiua conuertitur dicimus quoniam c. terminus in nullo b. termino est. Ut sit hoc modo. Nullum bonum malum est. Omne iustum bonum est Posset colligi. Nullum iustum malum est. Sed per conuersionem colligimus. Nullum malum iustum est. Omne sensibile substantia est. Quoddam animal sensibile est.

[S]eptimus modus est prime figure qui ex uniuersali affirmatiua et particulari affirmatiua per conuersionem particularem colligit affirmatiuam. Si enim fuerit a. terminus in omni b. et b. terminus de quoddam c. termino predicetur. Potest a. terminus de quodam c. termino predicari. Sed quoniam particularis affirmatio sibi ipsa conuertitur per conuersionem fit conclusio. Ut dicamus c. terminus de quodam a. termino predicari. Ut si et sic. Omne bonum uirtus est. Quoddam iustum bonum est Posset equidem concludi quoniam quoddam iustum uirtus est. Sed quia particularis affirmatio sibi ipsa conuertitur dicimus quedam uirtus iusta est.

ctauus prime figure modus est. quotiens ex uniuersali affirmatiua et uniuersali negatiua particularis negatiua colligitur. Si enim .a. terminus de omni .b. termino fuerit predicatus. b. uero terminus de nullo .c. termino predicetur non posse colligi quoniam .a. terminus de nullo .c. termino predicetur. Cur autem non possit in resolutoriis dictum est. Sed quoniam uniuersalis negatiua sibi ipsa conuertitur. potest dici et conuerti quoniam .c. terminus de nullo .b. termino predicatur. B. uero terminus de quodam .a. termino dicetur. quoniam uniuersalis affirmatio sibi ipsa conuertitur particulariter. Quare .c. terminus de quodam .a. termino non predicabitur. Ut sit sic. Omne bonum iustum est. Nullum malum bonum est. non colligi posse quoniam nullum malum iustum est. Sed conuertitur sic. Nullum bonum malum est. Quoddam iustum bonum est. Quoddam igitur bonum non est.

onus modus prime figure est. qui ex particulari affirmatiua et uniuersali negatiua particularem negatiuam per conuersionem colligens. Si enim .a. terminus de quodam .b. termino non predicatur. Cur autem non possit hoc quoque in resolutoriis dictum est. Sed quoniam uniuersalis negatio conuerti potest dicetur quoniam .c. terminus de nullo .b. termino predicabitur et .b. terminus de quodam .a. predicatur. c. igitur terminus de quodam .a. non predicabitur. Ut sit sic. Quoddam bonum iustum est. Nullum bonum malum est. Quoddam igitur iustum malum non est. Expeditis igitur nouem prime figure modis ad secunde modos ueniamus. Illud tamen constat quia quemadmodum in prima figura per nouem superscriptos modos et affirmatio uniuersalis et negatio uniuersalis et affirmatio particularis et negatio particularis in conclusione colligitur. In secunda figura affirmationem neque generalem neque particularem posse colligi sed tantum uel particulariter uel uniuersaliter solas colligi negatiuas.

st autem secunde figure primus modus hic quotiens ex uniuersali negatione et uniuersali affirmatione uniuersalis negatiua colligitur. Si enim .a. terminus de nullo .b. termino et de omni .c. termino predicatur. B. terminus de nullo .c. termino predicatur. Sit enim .a. bonum .b. malum .c. iustum. Si quis igitur sic dicat. Nullum malum bonum est. Omne iustum bonum est. concludit. Nullum igitur iustum malum est. Liquet igitur maiorem extremitatem de minore in conclusione predicari. Sed omnes secunde figure sillogismi quamuis ueri sint uerumtamen ex se ipsis non probantur. sed ex prime figure modis implentur. Namque si .a. terminus de nullo .b. termino predicetur et in omni .c. termino sit nondum probatum est quoniam omnino .b. terminus de nullo .c. termino predicatur. Sed si quis ex isto secunde figure primo modo prime figure secundum modum faciat per conuersionem totus sillogismus conclusioque probata est. Si quis enim in hoc sillogismo qui est .a. terminus in nullo .b. et idem .a. terminus de omni .c. predicatur .a. .b. propositionem conuertat et faciat ex. b. a. [illegible] uniuersalis negatiua conuertitur. Si quis igitur dicat quia .a. terminus de nullo .b. termino predicatur. et .b. igitur de nullo .a. termino predicabitur. sed .a. de omni .c. termino predicabitur. hic igitur prime figure secundus modus ex uniuersali negatiua et uniuersali affirmatiua uniuersalem colligens negationem. Ut sit conclusio. De nullo igitur .c. termino .b. predicabitur. His igitur conuersionibus omnes secunde et tertie figure sillogismi conclusionesque probantur et colliguntur. Atque ideo quoniam ex se ipsis non sunt probati nisi ex superioribus comprobentur id est prime figure modis quicumque in secunda uel tertia figura inuentus fuerit imperfectus uocabitur sillogismus.

ecundus uero modus secunde figure est quotiens ex uniuersali affirmatione et uniuersali negatione commutatis ordinibus uniuersalis rursus negatiua concluditur. Si enim .a. terminus in omni .b. termino fuerit et de nullo .c. termino predicatur. b. terminus

de nullo . c . termino predicabitur . Sit enim a . bonum . b . iustum . c . malum . Si quis ergo sic dicat . Omne iustum bonum est . Nullum malum bonum est . concludit . Nullum igitur malum iustum est . Sed hec complexio coniunctioque propositionum duplicem conversionem habet . Ostenditur enim de secunde prime figure modo sic . Nam si . a . terminus in omni . b . termino est et de nullo . c . termino predicatur . Hec universalis negativa convertitur . Erit ergo ut c . terminus de nullo . a . termino predicetur quod si ita est erit huiusmodi sillogismus . c . terminus de nullo . a . termino predicabitur . a . terminus in omni . b . termino est . C . igitur terminus de nullo . b . termino predicabitur . Ecce facta est una conversio propositionis negative . Sed quoniam diximus non concludi . c . in nullo . c . termino . Hec universalis negativa conversio convertatur . Et sicut conclusum est . c . terminum de nullo . b . termino predicari ita concluditur de nullo . c . termino . b . terminum predicari .

ertius modus secunde figure est ex universali negativa et particulari affirmativa particularis negativa colligitur . Si enim a . terminus de nullo . b . termino predicetur et in quodam . c . termino non fuerit . b . terminus de quodam . c . termino non predicabitur . Sit enim . a . bonum . b . malum . c . iustum . Si quis ergo sic dicat . Nullum malum bonum est . Quoddam iustum bonum est concluditur necesse est . Quoddam ergo iustum malum non est . Hic quoque sillogismus hoc modo probatur per conversionem . Nam si . a . terminus de nullo . b . termino predicetur et . b . terminus de nullo . a . termino predicabitur . Sed . a . terminus de quodam . c . termino predicatur . Restat ergo prime figure modus quartus qui ex universali negatione et particulari affirmatione est . particularem scilicet colligens negativam ut in hoc quoque sillogismo . Nam hic quoque particularem negativam colligit id est . b . terminum de quodam . c . termino predicari .

uartus modus secunde figure est qui ex universali affirmatione particulari negatione particularem colligit negativam . Nam si . a . terminus in omni . b . termino fuerit et de quodam c . termino non predicetur . b . terminum de quodam c . termino non predicabitur . Sit enim . a . bonum b . iustum . c . malum . Si quis ergo dicat omne iustum bonum est . Quoddam malum bonum non est . concludit . Quoddam igitur malum iustum non est . Hec vero complexio atque ordo propositionum per conversionem non potest approbari . Generalis enim affirmativa sibi ipsa converti non potest . Monstratur ergo sillogismus iste ex prima figura non per conversionem sed per impossibilitatem . Quoniam si particularis conclusio negativa in hoc sillogismo non concluditur aliquid inconveniens impossibileque continget sed hec impossibilitas per primam figuram demonstratur . Dico enim quoniam si . a . terminus de omni b . termino predicetur . et in aliquo termino non sit talem colligit conclusionem ut . b . terminus de aliquo . c . termino non predicetur . Nam si hoc falsum est . huic contradictoria propositio vera erit . Particularibus enim negativis universales affirmative contradicentes sunt ut superiore libro docuimus . Si igitur particularis negatio conclusio non est . erit generalis affirmatio . Sit affirmatio generalis et predicetur b . terminus de omni . c . termino . Sed . a . terminus de omni . b . termino predicatur . b . vero terminus de omni . c . termino dicitur predicari . A . ergo terminus de omni . c . termino predicatur quod fieri non potest ita enim . a . c . propositionem prius proposuimus ut diceremus . a . terminum de quodam . c . termino non predicari . Hoc igitur ostensum est per primum modum prime figure . Quare in secunda figura omnis sillogismus imperfectus erit et eius probatio . aut per conversionem in primam figuram reducitur aut ex hypothetica dispositione per impossibilitatem et primam figuram aliter fieri non posse monstratur . Et aliiquidem omnes per impossibile probantur quod paulo post monstrabitur . Restat ut tertie figure modos atque ordines explicemus . illud primum intelligendum est quod in tertie figure modis numquam conclusio colligitur universalis . Sed sive affirmative vel negative fuerint

30

collectiones particulares semper erunt numquam etiam generales.

[E]st autem tercie figure primus modus hic qui ex duabus universalibus affirmationibus particularem colligit affirmationem. Nam si .a. et .b. terminum de omni .c. termino predicentur .a. terminus de quodam .b. termino predicabitur per conversionem. Nam si .b. terminus de omni .c. termino predicatur et universalis affirmatio, [illegible] terminus de quodam .b. termino predicabitur. Quod si ita est fit tercius prime figure modus qui est ex universali et particulari affirmatione colligit .a. terminum de quodam .b. termino predicari. Sit enim .a. iustum .b. virtus .c. bonum. Siquis ergo sic dicat. Omne bonum est iustum. Omne bonum virtus est fit conclusio. Quedam virtus iusta est. Mutant alii terminos et volunt facere secundum modum ut sit .a. virtus .b. iustum .c. bonum ut sit talis sillogismus. Omne bonum virtus est. omne bonum iustum est et concludatur Quoddam iustum virtus est. Sed hunc aristoteles a superiore non dividit et hos duos unum putat modum. et iccirco nos septem tercie figure et dximus modos dubitantes. Sed magis aristoteles sequendus est. atque ideo alium modum ponamus vel dicamus esse qui possit in[illegible]

[Secun]dus vero modus est tercie figure quociens ex universali negatione vel universali affirmatione negatio colligitur particularis. Si enim .a. terminus de nullo .c. termino .b. vero terminus de omni .c. termino predicetur .a. terminus de quodam .b. termino non predicabitur. Nam si .a. terminus de nullo .c. termino predicatur .b. vero terminus de omni .c. et .c. terminus de quodam .b. termino predicabitur. Particularis enim sibi ipsa universalis affirmativa convertitur. Concluditur igitur in quarto prime figure modo .a. terminum de quodam .b. termino non predicari. Sit enim .a. malum .b. iustum .c. bonum. Siquis sic dicat. Nullum bonum malum est. Omne bonum iustum est concludat necesse est. Quoddam iustum malum est. Ex quo considerandum est maiorem extremitatem in conclusione predicari.

[T]ercius vero modus est tercie figure quociens ex universali et particulari affirmativa particularis affirmatio concluditur. Si enim .a. terminus de quodam .c. et .b. terminus de omni .c. termino predicetur concluditur .a. terminus de quodam .b. termino predicari per duplicem conversionem. Quia enim .b. terminus de omni .c. termino predicatur .a. terminus de quodam .c. termino predicatur. Particularis affirmativa semper sibi ipsa convertitur. C. terminus de quodam .a. termino predicabitur. Sunt igitur propositiones sic .B. terminus de omni .c. termino. C. vero terminus de quodam .a. termino predicatur. Quod si ita est colligitur in prime figure modo tercio .b. terminum de quodam .a. termino predicari. atque ita particularis affirmativa convertitur. et .a. terminus de quodam .b. termino predicabitur. [illegible] una propositionis alia conclusionis. Sit enim .a. iustum .b. virtus .c. bonum. Siquis ergo sic [dicat]. Quoddam bonum iustum est. Omne bonum virtus est concludat necesse est. Quedam virtus iusta est.

[Q]uartus modus tercie figure est quociens ex universali affirmatione et particulari affirmatione particularis affirmatio colligitur. Nam si .a. terminus de omni .c. termino predicetur. B. vero terminus in quodam .c. sit. concluditur .a. terminum de quo .b. termino predicari per conversionem. Si enim .b. terminus de quodam .c. termino predicetur. et .c. terminus de quodam .b. termino predicetur. quoniam particularis affirmatio sibi ipsi convertitur. et fit sillogismus in prime figure tercio modo qui fit ex universali affirmativa et particulari affirmativa particularem colligens affirmativam ut sit sillogismus hoc modo. A. terminus in omni .c. et .c. terminus in quodam .b. Igitur .a. terminus in quodam .b. Sit enim .a. virtus .b. iustum .c. bonum. Siquis igitur sic dicat omne bonum virtus est. Quoddam bonum iustum concludet quoniam quoddam iustum virtus est.

[Q]uintus modus tercie figure est quociens ex particulari negatione et universali-

sali affirmatione particularis colligitur negativa. Sed hic modus per conversionem probari non [illegible] sed per impossibilitatem sicut quartus modus secunde figure probatus est. Si enim .a. terminus de quodam .c. termino non predicetur. .b. vero de omni .c. predicetur. .a. terminus de quodam .b. non predicatur. Nam si non est ita erit illud verum. .a. terminus de omni .b. termino predicari. Sed .b. terminus de omni .c. termino predicatur. .a. igitur terminus de omni .c. termino predicabitur quod fieri non potest. Prius enim ita positum est .a. terminus ut de quodam .c. termino non predicaretur. Quod si generalis affirmatio in conclusione [illegible] non est ut sit .a. terminus in omni .b. termino erit huic contrariaceus particularis negatio ut .a. terminus de quodam .b. termino non predicetur. Sit enim .a. malum .b. iustum .c. bonum. Si quis igitur sic dicat. Quoddam bonum malum non est. Quoddam iustum bonum [illegible] Quoddam iustum malum non est.

[T]ertius modus tercie figure est quotiens ex universali negativa et particulari affirmativa particularis negatio colligitur per conversionem. Nam si .a. terminus in nullo .c. termino sit. .b. vero terminus de quodam .c. termino predicetur fit conclusio. .a. terminum de quodam .b. termino non predicari. Nam si .a. terminus de nullo .c. termino predicetur. .b. vero terminus de quodam .c. termino predicabitur. Et .c. terminus de quodam .b. termino predicabitur quoniam particularis affirmatio converti potest. fit igitur talis sillogismus. ut .a. terminus de nullo .c. termino predicetur. .c. terminus de quodam .b. termino predicetur. et .a. terminus de quodam .b. termino non predicetur. Sit enim .a. malum .b. iustum .c. bonum. Si quis igitur sic dicat. Nullum bonum malum est. Quoddam bonum iustum est. concludet quoddam iustum malum non est.

[H]is igitur expeditis quid sillogismus ipse sit diffiniendum est. Diffinitur autem sic. Sillogismus est oratio in qua positis quibusdam et concessis aliud quiddam quam sunt ea que posita concessa sunt necessario contingit per ipsa que concessa sunt. Orationem enim esse diximus sillogismum iccirco quoniam omnis diffinitio a genere trahitur. Genus autem sillogismi est oratio. Quod autem dictum est in qua positis quibusdam et concessis ita intelligendum est quasi sic dictum esset secundum quam positis et concessis. Ut enim sillogismus fiat ante aliquid apponente dicitur. quod audiens concedat. Quod si ille concesserit concludit et perficit sillogismum. iccirco quod res dubie per quedam concessa et [illegible] [illegible] [illegible] et negatio vera. Cetera vero in diffinitione sillogismi talia sunt que non integre dispositos sillogismos a sillogismorum verorum diffinitione discernunt. Nam quod dictum est in qua positis quibusdam sumptorum scilicet propositionum multitudo monstratur. Sunt enim qui putant esse huiusmodi sillogismos in quibus tantum una propositio est et una conclusio. Qualis est hic. videlicet. Vivit igitur homo est. Animal igitur est. et alia huiusmodi quos scilicet veteres in sillogismis non acceperunt ita. Sillogismus enim est aliquorum collectio. At vero collectio non nisi plurimorum est. et quicumque unam posuit propositionem ille non colligit. Nullum igitur faciet sillogismum. Debet autem sillogismus ut angustissimus sit duabus propositionibus comprobari. Quod autem dictum est aliud quiddam necessario evenire. quam sunt ea que concessa sunt. quoniam frequenter tales ab aliquibus fiunt sillogismi ut ea que proposuerunt ipsa etiam in collectione concludant. ut est hic. Si homo est. homo est. homo autem est. homo igitur est. Idem enim concludit quod ante proposuit atque ideo ad istorum discretionem aliud quiddam contingere debere dictum est quam sunt ea que concessa sunt. Ut in superioribus omnibus sillogismis quos in tercium figurarum modis et demonstratione proposuimus. Tales vero sillogismi quales nunc dicti sunt pro ridiculi sunt quod id quod ante concessum est quasi dubium quiddam in conclusione colligitur. Nam quod positum est necessario contingere ad hoc pertinet. quoniam frequenter ad inductionem vere quedam propositiones sunt quarum conclusio nullo modo vera est. Ut si quis dicat

Qui musicam nouit musicus ē et concedatur
& qui arithmeticam arithmeticus ē. & qui
medicinam medicus ē. & qui bonum bonus
est. Cum igitur hec omnia concessa sunt di
cat. & qui malum nouit malus ē. Quod quia
si superioribus simile ee uidetur. Sed omnino fal
sum est. Boni enim homines non aliter caue
rēt nisi mala nouerint. atque ideo propter has
conclusiones que fiunt per eas propositiones que
per inductionem dicuntur addictum est con
clusiones in sillogismis necessarias contingere
re ex necessitate contingere. Est enī alia ex
positio sed in analeticis uris iam dicta est. Il
lud ū quod dictum ē. per ipsa que posita sunt
hoc est propter eos dictum ē. qui tales faciunt sillo
gismos in quibus aut minus aliquid aut plus
aut aliud propositum est quam proponi debue
rat. Minus autem huiusmodi sillogismi
si quis ita dicat. Socrates homo est. Omnis ho
mo animal ē. & concludit. Socrates igitur anima
tus est. Minus proposuit quod non dixit. Omne
animal ee animatum. Nam si sic proposuisset
recte socratem animatum ee concluderet
et ita dicendo. Socrates homo ē. Omnis homo
enim animal ē. & omne animal animatum est.
Socrates igitur animatus est. Plus autem proponitur
est hoc est. ut si quis hoc dicat. Omnis homo
animal ē. Omne animal animatum. sed et sol
in ariete ē. Omnis igitur homo animatus est. Hoc uero
superfluum est. quod solem ee in ariete interposuit.
Aliud autem quam necesse est quiddam propo
nit hoc modo. ut si quis dicat hoc. Omnis homo
animal est. Uirtus autem bonum ē. Omnis igitur
homo animatus est. Nulla enim harum propo
sitionum ad eam pertinet quam concludere cu
piebat. Expedita igitur sillogismi diffini
tione ad ipsorum modorum naturam resolu
tionemque ueniamus. & prius omnes modi ne dis
ponantur modi prime figure. Quorum pri
mus hic est

mne iustum bonum est ;
mnis uirtus iusta est ;
mnis uirtus bona est ;

ullum bonum malum est

mne iustum bonum est.
ullum iustum malum est.

mne bonum uirtus est.
uoddam iustum bonum est.
uoddam iustum uirtus est

ullum bonum malum est.
uoddam iustum bonum est.
uoddam igitur iustum malum non est ;

mne iustum bonum est
mnis uirtus iusta est.
uoddam igitur bonum uirtus est ;

ullum bonum malum est.
mne iustum bonum est.
ullum igitur malum iustum est ;

mne bonum uirtus est.
uoddam iustum bonum est.
uidam igitur uirtus iusta est ;

mne bonum iustum est.
ullum malum bonum est.
uoddam igitur iustum malum non est ;

uoddam bonum iustum est.
ullum malum bonum est.
uoddam igitur iustum malum non est

ullum malum bonum est.
mne iustum bonum est.
ullum igitur iustum malū est ;

mne iustum bonum est.
ullum malum bonum est.
ullum igitur malum iustum est ;

ullum malum bonum est.
uoddam iustum bonum est.
uoddā igitur iustum malum n̄ est ;

mne iustum bonum est.
uoddam malum bonum n̄ est.
uoddam igitur malum iustum n̄ est ;

ullum bonum iustum est.
mne bonum uirtus est.
uedam uirtus iusta est.

mne bonum uirtus est.
mne bonum iustum est.
uoddam iustum uirtus est.

ullum bonum malum est.
mne bonum iustum est.
uoddam igitur iustum malum non est.

uoddam bonum iustum est.
mne bonum uirtus est.
uedam uirtus iusta est.

mne bonum uirtus est.
uoddam bonum iustum est.
[illegible]

uoddam bonum malum non est.
mne bonum iustum est.
uoddam igitur iustum malum non est.

ullum bonum malum est.
uoddam bonum iustum est.
uoddam igitur iustum malum non est

ii sunt omnes trium figurarum modi quorum prime figure primi quatuor indemonstrabiles nominantur et dicti .id est sine aliqua conuersione monstrati. Indemonstrabiles autem quia non per alios demonstrantur. Et perfecti dicuntur quia per se ipsos complentur. et primi quia positione et natura primi sunt et in eos omnes [illegible] sunt. quinque modi prime figure imperfecti et per conuersionem sunt. ecunde non uel tertie figure omnes imperfecti sunt quia per primos prime figure modos quatuor complentur. Namque in ipsos resoluuntur. uel eos per conuersionem resol[illegible] et per impossibilitatem ut duo illi superius monstrati sunt. Consideremus igitur eorum principia quia unde nascuntur in id ipsum resoluuntur. Quintus igitur prime figure modus de primo figure modo perficitur. bitis enim propositionibus prioribus manentibus conclusio primi particulariter conuersa quantum efficit sillogismum quod in subiecta descriptione declaratur

mne iustum bonum est.	mne iustum bonum est.
mnis uirtus iusta est.	mnis uirtus iusta est.
[illegible]	[illegible]

extus uero prime figure modus de secundo prime figure modo. capit principium. manentibus enim prioribus duabus propositionibus secundi modi uniuersali conclusione uniuersaliter conuersa. sextus nascitur sillogismus ut subiecta descriptio docet.

ullum bonum malum est.	ullum bonum malum est.
mne iustum bonum est.	mne iustum bonum est.
ullum iustum malum est	ullum malum iustum est.

eptimus prime figure modus de tertio prime [illegible] propositionibus particulari affirmatione in conclusione conuersa. septimi modi collectio [illegible]

mne bonum uirtus est.	mne bonum uirtus est.
uoddam iustum bonum est.	uoddam iustum bonum est.
uoddam igitur iustum bonum est	uedam uirtus iusta est.

ctauus uel nonus prime figure modus in quartum prime figure modum resoluuntur. Vnde etiam initium habent. Octauus resoluitur in quartum hoc modo. Prima enim quarti in secunda octaui uniuersaliter conuersa. et prima propositione octaui modi particulariter in secunda quarti modi conuersa eadem conclusio colligitur negatiua particularis.

ullum bonum malum est.	mne bonum iustum est.
uoddam iustum bonum est.	ullum malum bonum est.
[illegible]	[illegible]

onus uero modus in quartum resoluitur sic. Prima enim quarti in secunda noni propositione uniuersaliter conuertatur. et secunda quarti in prima noni rursus particulariter conuertatur. et eedem conclusiones maneant. negatio particularis. Resolutis igitur quinque prime figure in quatuor superioribus secunde figure quatuor modos in prioris figure quatuor modos resoluamus. quorum tres per conuersionem resoluuntur.

92

[illegible]rius vero sic, id est quartus per solam impossibilitatem. At vero primus et solus secunde figure modus in secundum primi figure modum resolvitur, et resolvitur primus sic. Conversa enim prima universali negatione universaliter, et manente secunda universali affirmatione, eadem conclusio nascetur utrumque:

[illegible]	[illegible]
[illegible] iustum bonum est.	nec iustum bonum est.
nullum iustum malum est.	nullum iustum malum est.

[S]ecunde figure secundus modus in primum figure secundum modum resolvitur sic. Conversa universaliter prima et secunda propositione, et secunda et prima manente, universaliter fit conversa conclusio.

nullum bonum malum est.	nec iustum bonum est.
omne iustum bonum est.	nullum malum bonum est.
nullum iustum malum est.	nullum malum iustum est.

[T]ertius modus secunde figure de quarto modo primi figure [illegible]. [illegible] conversio in primam propositionem universaliter conversa, et secunde propositiones [illegible], idem sillogismi terminis propositioque colligitur.

nullum bonum malum est.	nullum malum bonum est.
quoddam iustum bonum est.	quoddam iustum bonum est.
quoddam iustum malum non est.	quoddam iustum malum non est.

[Q]uartus modus secunde figure est per conversionem in superiores aliquem prime figure modum reduci quia non potest sed est per impossibile demonstratus. Hic quoque per impossibile ad superiores reducitur modos. Et quoniam omnis secunde figure modi per impossibile demonstrantur, iccirco nos quoque inchoantes a quarto eius per impossibile demonstratur. Nam quartus secunde figure modus in primi figure modum solvitur [illegible]. Tertius in secundum. Secundus in tertium. Primus in quartum. quod hoc modo liquebit. Si quis enim duas illas concesserit propositiones id est omne bonum virtus est, et quoddam iustum virtus non est, necesse est conclusionem quoque concedat que est. Quoddam igitur iustum bonum non est. Nam si hec falsa est, erit contrariaciens vera. Omne iustum bonum est. Sed illam concessit que est prima quarti modi, id est, omne bonum virtus est. Ex his igitur concludatur. Omne igitur iustum virtus est. Sed prius concessit secundam quarti modi propositionem que est. Quoddam iustum virtus non est. Nunc vero concedit. Omne iustum virtus est. Duas contrariacentes sibi simul concessurus est quod fieri non potest. Hoc autem iccirco evenit quia quarta conclusio modi in primi modi secundam propositionem conversa est. Quod si secunda propositio primi modi in quarti conclusione non colligitur quarti conclusio, id est particularis negatio permanebit. Sed ne forte conturbet quod alios terminos in resolvendo posuimus modo quam superius indisponendo. Non enim in terminis laboramus modo sed in figuris et modis et complexionibus construendis atque resolvendis operam consumimus. Eodem modo et tertii secunde figure in [illegible].

omne bonum virtus est.	omne bonum virtus est.
quoddam iustum virtus est.	omne iustum bonum est.
quoddam igitur iustum bonum est.	omne igitur iustum virtus est.

[T]ertius secunde figure modus in secundo prime figure modo resolvitur sic. Si quis duas primas tertii modi concesserit particularem quoque negationem concludet que est. Quoddam igitur iustum bonum non est. Nam si hec falsa est, vera erit contrariacens que est. Omne iustum bonum est. Sed etiam illa concessa est que est. Nullum bonum malum est. Ex his igitur colligetur. Nullum igitur iustum malum est. Et prius concessa erat. Quoddam igitur iustum malum est. Nunc vero nullum iustum malum est. Duas sibi contrariacentes uno tempore concedet quod fieri non potest. Sublata igitur universali conclusione que est omne iustum bonum est remanebit particularis negatio. Quoddam iustum bonum non est.

nullum bonum malum est.	nullum bonum malum est.
quoddam iustum malum est.	omne iustum bonum est.
quoddam igitur [illegible]	nullum igitur [illegible]

[S]ecundus secunde figure in tertio prime figure modo sic resolvitur. Si quis duas secunde figure propositiones concesserit conclusionem quoque concedet. Nichil igitur iustum bonum est. Nam si hec falsa est vera erit contrariacens ei particularis affirmatio. Quoddam iustum bonum est. Sed idem concessit illam que est. Omne bonum virtus est. Concludatur necesse est. Quoddam igitur iustum virtus est quam ante concesserat secundam secundi modi que est. Nullum iustum virtus est. Duas sibi contrariacentes uno tempore concedet, quod fieri non potest.

Omne bonum uirtus est.	Omne bonum uirtus est.
Nullum iustum uirtus est.	Quoddam iustum bonum est.
Nullum igitur iustum bonum est.	Quoddam igitur iustum uirtus est.

ramus item secunde figure in quartum prime figure sic resoluitur. Qui concedit duas propositiones primi modi concedat necesse est et conclusionem. Nam si illa falsa est erit uera contraiacens ei particularis affirmatio que est. Quoddam iustum bonum est. Sed idem concessit illam que est. Nullum bonum malum est. concludat necesse est. Quoddam igitur iustum malum non est. qui ante concesserat illam que est Omne iustum malum est. Uno tempore duas contraiacentes concedit quod fieri non potest. Sublata igitur particulari affirmatione que est Quoddam iustum bonum est. illa que est nullum iustum bonum est

[illegible]	Nullum bonum malum est.
Omne iustum malum est.	Quoddam iustum bonum est.
Nullum igitur iustum bonum est.	Quoddam igitur iustum malum non est.

equitur ut tertie figure modos ad primos quatuor reducamus quorum quinque per conuersionem et per impossibilitatem ad primos quatuor resoluuntur. Unus uero solus id est quintus per solam impossibilitatem in priore resoluitur. Primus tertie figure modus in tertium prime figure modum hoc modo resoluitur. Si enim prima propositio tertii modi prime figure maneat. et secunda propositio uniuersaliter conuertatur. et fit secunda propositio primi modi tertie figure eadem conclusio perficitur affirmatio particularis

Omne bonum iustum est.	Omne bonum iustum est.
Quoddam uirtus bonum est.	Omne bonum uirtus est.
[illegible]	[illegible]

el certe sic. Quia supius talem sillogismum duorum terminorum conuertatis quem aristoteles dissimile non putat.

ecundus modus tertie figure in quartum modum prime figure hoc modo resoluitur. Si enim prime propositiones secundi tertie figure modi et quarti modi prime figure maneant quarti uero modi prime figure secunda propositio uniuersaliter conuertatur et sit secunda propositio secundi modi tertie figure eadem conclusio perficitur.

Nullum bonum malum est.	Nullum bonum malum est.
Quoddam ammustum bonum est.	Omne bonum iustum est.
Quoddam igitur [illegible]	[illegible]

ertius modus tertie figure in tertium modum prime figure resoluitur. Si enim prima propositio tertii modi prime figure et secunda propositio tertii modi tertie figure maneat et secunda propositio tertii modi prime figure particularis particulariter conuertatur et sit prima tertii modi tertie figure conuersa particulariter conclusio nascitur.

Omne bonum uirtus est.	Quoddam bonum iustum est.
Quoddam iustum bonum est.	Omne bonum uirtus est.
[illegible]	[illegible]

uartus modus tertie figure in tertium modum prime figure resoluitur. Si enim utrorumque prime maneant propositiones et secunde particulares particulariter conuertantur eedem conclusiones nascuntur.

Omne bonum uirtus est.	Omne bonum uirtus est.
Quoddam iustum bonum est.	Quoddam bonum iustum est.
Quoddam iustum uirtus est.	Quoddam iustum uirtus est.

liquis sextus sillogismus tertie figure de prime figure quarto perficitur. Manentibus enim primis eorum propositionibus et secundis particulariter conuersis particularis utrorumque conclusio manebit.

Nullum bonum malum est.	Nullum bonum malum est.
Quoddam iustum bonum est.	Quoddam iustum bonum est.
[illegible]	[illegible]

uintus autem qui restat sicut ante per impossibile probatur ita etiam nunc per impossibilitatem resoluitur. Sed quemadmodum unus fuerit resolutus eodem ordine omnes resoluendi sunt. Resoluitur autem sextus tertie figure modus in tertium prime figure modum. Quintus modus tertie figure soluitur in primum prime figure modum. Quartus tertie figure modus resoluitur in quartum prime figure modum. Tertius tertie figure modus [illegible] Secundus tertie figure modus resoluitur in primum prime figure modum. Primi tertie figure modi resoluuntur in secundos prime figure modos. Resoluitur autem per impossibilitatem sextus tertie figure modus [illegible] Si quis duas propositiones sexti modi tertie figure concesserit concedat et necesse est conclusionem que est. Omne iustum malum est. Sed iam concessit

ticulam propositionem. Quoddam bonum iustum est.
Ex his ergo concedat necesse est. Quoddam bonum malum est.
qui iam ante concesserat primam propositionem
septimi modi tertie figure que est. Nullum bonum
malum est. Uno tempore duas sibi contrariacentes
concedit quod fieri non posse descriptio de-
clarat.

Nullum bonum malum est.	Omne iustum malum est.
Quoddam bonum iustum est.	Quoddam bonum iustum est.
Quoddam iustum malum non est.	Quoddam bonum malum est.

Hoc modo omnes ceteri modi tertie figure in pri-
mos modos prime figure feruntur. quod subiec-
ta descriptio declarat. In qua per quintus qui
per conversionem resolvi non poterat per impossibi-
le resolutus est.

Quoddam bonum malum non est.	Omne iustum malum est.
Omne bonum iustum est.	Omne bonum iustum est.
Quoddam iustum malum non est.	Omne bonum malum est.

Omne bonum utile est.	Nullum iustum utile est.
Quoddam bonum iustum [illegible]	[illegible]
Quoddam iustum utile est	Quoddam bonum utile non est.

Quoddam bonum iustum est.	[illegible]
Omne bonum utile est.	Omne bonum utile est.
Quoddam utile iustum est.	Nullum bonum iustum est.

In resolutione sexti modi tertie figure in primum mo-
dum prime figure. hec impossibilitas evenit
quod duas contrarias concedet uno tempore. Quod
fieri nequit. Nunquam enim due contrarie uno
tempore in una propositione simul vere inveni-
untur.

Nullum bonum malum est.	Omne iustum malum est.
Omne bonum iustum est.	Omne bonum iustum est.
Quoddam iustum malum non est.	Omne bonum malum est.

Et in sequenti quoque syllogismo duas concedit
contrarias quod impossibile est.

Omne bonum iustum est.	Nulla virtus iusta est.
Omne bonum virtus est.	Omne bonum virtus est.
Quedam virtus iusta est.	Nullum bonum iustum est.

Nec nos illud conturbet quod in quibusdam
contraria propositio et conclusio inveniuntur. in qui-
busdam vero contrariacentes. Nam equaliter peccabit
qui utrasque contrariacentes concessit tanquam
si utrasque contrarias. Nam quomodo contra-
iacentes uno tempore vere esse nunquam possunt

sic etiam et contrarie.

Omne bonum utile est.	Nullum iustum utile est.
Omne bonum iustum est.	Omne bonum iustum est.
Quoddam bonum utile est.	Nullum bonum utile est.

Hec de kathegoricorum syllogismorum intro-
ductione Aristotelem plurimum sequens et ali-
qua de Theophrasto vel Porphyrio mutuatus
quantum parvitas introducendi patiebatur
expressi. Si quid vero desit [illegible] maioribus
nostris [illegible] expressimus. Nunc vero quantum ad so-
lam kathegoricorum syllogismorum formam
[illegible] ad [illegible]
introductionis elaboratum. Hec nos hoc con-
turbet si que hic propositiones et conclusiones fal-
se sunt quandoquidem non veritatem rerum sed
connexiones syllogismorum figuras et modos susce-
pimus differendas. Namque hic cognitis si quos
[illegible] disciplinae disputatio-
nis subtilitas traxerit prius de ambiguis dis-
putationibus discant post ab his veritas invenibus
[illegible]

[illegible]
tio que philosophiam
[illegible]
videtur tres species
seu partes habere.
[illegible]
et de qua nunc proposui.

Rationalem. qua continetur ars disserendi. Sed
cum disseramus orationem cuius varie species sunt.
ut imperandi. mandandi. succensendi. optandi.
vovendi. irascendi. odiendi. invidendi. favendi.
miserandi. admirandi. contemnendi. obiur-
gandi. penitendi. deplorandi. tum voluptate
afferendi. tum metum incutiendi. in quibus ora-
toris excellentius est. lata anguste angusta la-
te. vulgata decenter. nova usitate. usitata no-
ve. extenuare magna maxima minimis posse
efficere. aliaque id genus plurima. Est una inter
has ad propositum potissima. que pronuntiabilis
appellatur. absolutam sententiam comprehen-
dens sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia.
Quam vocat sergius effatum. Varro proloquium.
Cicero. enuntiatum. Greci. protasin. tum axio-
ma. Ego verbum e verbo. tum percontationem. tum
rogamentum. familiarius tamen dicetur
propositio. Propositionum igitur proinde ut ip-
sarum conclusionum due species sunt. Altera pre-
dicativa que etiam simplex est. Ut si dicamus
Qui regnat beatus est. Altera substitutiva vel
conditionalis que etiam composita est. Ut ita
qui regnat si sapit beatus est. Substituimus enim
conditionem qua nisi sapiens est non sit beatus.
Nos nunc de predicativa dicemus. que natura
prior est. ac velut elementum substitutive.
Sunt et alie differentie. quantitatis et qualita-
tis. Quantitatis quidem quod alie universales
sunt. ut omne spirans vivit. Alie particulares
ut quedam animalia non spirant. Alie indefini-
te. ut animal spirat. Non enim diffinit utrum
omne an aliquod. Sed tamen pro particulari
semper valet quia tutius est id ex incerto acci-
pere quod minus est. Qualitatis autem quod
alie dedicative sunt quod dedicant aliquid
de quopiam ut virtus bonum est. Dedicat enim
virtuti esse bonitatem. Alie abdicative que ab-
dicant aliquid de quopiam ut voluptas non est
bonum. Abdicat enim voluptati inesse bonita-
tem. At stoici hanc dedicativam putant cum in-
quiunt evenit cuidam voluptati bonum non
esse. Ergo dedicat quid evenerit ei id est quid
sit. Idcirco inquiunt dedicativa est. quia etiam
quo negatum esse dedicat id quod non videtur
esse. Solum autem abdicativum vocant cui
negativa particula preponitur. Verum quidem

hi cum malis cuiusmodi hac re vincuntur. Si quis ita
rogaverit. Quod nulla substantiam non habet
non est. Cogitatur enim secundum quod dicunt. Con-
fiteri esse quod non est. Quod nullam substantiam
habet. Ceterum propositio ut ait in thecteto plato
duabus paucissimis orationis partibus constat. No-
mine et verbo ut apuleius differit. Quod aut
verum aut falsum est et ideo propositio est. Unde
quidam rati sunt has duas solas orationis par-
tes esse quod ex his solis fieri possit perfecta oratio
id est quod habunde sententiam comprehenderit.
Adverbia autem et pronomina et participia et coniuncti-
ones et id genus cetera que grammatici nu-
merant. non magis partes orationis esse quam
navium aplustria. et hominum pilos. aut
certe in universa compage orationis vice cla-
vorum et picis et glutinis deputanda. Porro ex
duabus predictis partibus altera subiectiva nomi-
natur velut subdita. ut apuleius. Altera decla-
rativa ut differit. non differit. Declarat enim
quid faciat apuleius. Licet autem eadem vi
manente utramvis partem in plura verba pro-
tendere. ut si pro apuleio dicas philosophum platoni-
cum madaurensem. item pro differendo dicas
eum uti oratione. Plerumque autem subiectiva
minor est declarativa maior. Est tamen hanc
modo sed alias quoque subiectivas comprehendens
Non enim solus apuleius differit sed etiam
plurimi qui sub eadem declaratione possunt
contineri nisi forte proprium cuipiam de eo decla-
retur. ut si dicas. Qui equus est hinnibilis est
Proprium est equi hinnire. Idcirco in his pro pis par
est declarativa par subdita. At enim ut in ceteris
maior quippe commutata vice eadem possit
subdita fieri. Et qui prius habuerit subditam
nunc habet sui declarativam. ut si inverso ordine
ita dicas quod hinnibile est equus est. At non
itidem ubi impares partes convertere vices pos-
sis. Non enim quia verum est. Omnem hominem
animal esse idcirco si convertas verum erit omne
animal hominem esse. neque enim ut proprium est
equi hinnibile. ita proprium hominum est animal
esse. cum sint animalia alia innumerabilia.
Agnoscere hic de pluribus declarativa licet
converso ordine rogamentum proponatur.
Primo quod plura comprehendere potest
declarativa quam subdita. Dehinc quod numquam

vocabulo sed semper verbo terminatur. Quo praecipue
[illegible] differ-
tur. Id etiam pro similitudine tenendum est
quia ut sunt propositiones definitae et indefinitae
ita etiam constat particulas tam subiectivas quam
declarativas partim definitas esse. Ut homo ani-
mal. partim indefinitas non homo. non animal.
Non enim definiunt quid sit cum hoc non sit sed
tamen ostendunt aliud praeter hoc esse. Nunc di-
cendum est. quemadmodum. quattuor illae proposi-
tiones inter se affectae sint quas ab re est in qua-
drata formula spectare. Sint igitur in superiore linea ut
infra scriptum est. Universalis dedicativa et abdica-
tiva. Ut omnis voluptas bona est. Omnis voluptas bona
non est. Dicanturque hae inter se incongruae. Item in infe-
riori linea sub utraque particulares subnotentur.
Quaedam voluptas bona est. Quaedam voluptas bona
non est. Dicanturque inter se hae subpares. Deinde du-
cantur obliquae lineae angulares. altera pertingens ab
universali dedicativa ad particularem abdicativam.
[illegible]
abdicativam. Quae inter se et qualitate et quanti-
tate contrariae alterutrae nominentur quod iam neces-
se est alterutram verum esse. quae dicuntur perfecta pug-
na et integra. At inter subpares et incongruas pugna di-
vidua est quod incongruae numquam quidem simul
[illegible]
res autem invicem nec numquam quidem simul
mentiuntur. interdum tamen simul verae fiunt.
Et ideo utriusque harum remotio confirmat al-
teram non tamen et utriusque confirmatio removet
alteram. De incongruis qui utramvis posuit
utique alteram tollit non tamen invicem. nec
qui utramvis tollit utique alteram ponit.
Eiusmodi de alterutris qui utramvis comprobat utique
alteram refutat. Et qui alteram refutat. utique
alteram comprobat. Ceterum universalis utra-
vis particularem suam comprobata utique confir-
mat remota non utique infirmat. Particularis
autem versa vice universalem suam remota
utique infirmat probata utique non confirmat.
[illegible]
[illegible]

Certum est enim quod concedat quod aliquid
proposuerit. Destruitur autem utravis univer-
salis trifariam. dum aut particularis eius fal-
sa ostenditur. aut utravis ex duabus ceteris ve-
ra sive incongrua sive subneutra. Instruitur
autem uno modo si alterutra eius falsa ostenditur.
Contra particularis uno quidem modo destru-
itur si alterutra eius vera ostenditur. Instru-
itur autem trifariam si aut universalis eius
vera est. aut utravis ex duabus ceteris falsa sive
subpar eius sive subneutra. Eadem servabimus
[illegible] Aequipollen-
tes autem dicuntur quae alia enuntiatione tan-
tundem possunt et simul verae fiunt aut simul
falsae. altera ob alteram scilicet sicut indefinita
et particularis. Item omnis propositio si assumat
in principio negativam particulam fit alterutra
eius aequipollens. Ut cum sit universalis dedica-
tiva. Omnis voluptas bona est. Si ei negatio p-
batio praeponatur fiet non omnis voluptas bona
tantundem valens quantum valebat alteru-
tra eius. Quaedam voluptas non est bona. Hoc
in ceteris propositionibus tribus intelligendum est.
Deinde de conversione. Convertibiles propositiones
dicuntur universalis abdicativa et alteru-
tra eius id est particularis dedicativa. eo quod
particulae earum subiectiva et declarativa
possunt semper inter se servare vices permanente
condicione veritatis aut falsitatis. Nam ut
vera est propositio. Nullus prudens impius.
ita si converteris partium vices verum erit.
Nullus impius prudens. Item ut falsum est. Nul-
lus homo est animal. ita si converteris falsum
erit. Nullum animal est homo. Pari ratione et
particularis dedicativa convertitur. Quidam gram-
maticus homo est. et contra. Quidam homo gram-
maticus est. Ceterae duae ceterae propositiones semper
facere non possunt. quamquam interdum commu-
tantur nec tamen convertibiles dicuntur. Nam
qui alicubi fallitur certo repudiatur. Ergo
unaquaeque propositio per omnes significationes re-
perienda est. an etiam conversa congruat.
Hae universae verae sunt istae. sed quinque sole.
Aut enim proprietas alicuius declaratur. Aut
genus. Aut differentia. aut finis. aut acci-
dens. Nec praeter haec umquam inveniri potest
in ulla propositione. Ut si hominem substituas

quicquid de eo dixeris. aut proprium eius significa-
bis ut cachinnabile. aut genus ut animal.
aut differentiam ut rationale. aut diffinitionem
ut animal rationale mortale. aut accidens ut
orator. Quippe omne declarativum alicuius. aut
potest eius vicissim fieri subiectivum. aut non
potest. Sed si potest. aut significat quid sit et
est diffinitio. aut non significat et est proprium.
Sin autem non potest. aut id est quod in diffi-
nitione poni debeat atque est genus vel differen-
tia. aut quod non debeat. et est accidens. Igitur
per hec agnoscitur particularis abdicativa non
esse convertibilis. Universalis autem dedi-
cativa et ipsa quidem non est convertibilis sed
particulariter tamen. non potest converti
ut sit omnis homo animal. non potest
converti ut sit omne animal homo sed par-
ticulariter potest ut quoddam animal ho-
mo; Verum in simplici conversione que in
conclusionum illationibus reflexio nomina-
tur. Est enim et altera propositionum conver-
sio que non tantum ordinem sed etiam ipsas
particulas in contrarium perducit. ut que de-
finita est indefinita fiat. et contra que indefi-
nita est definita. Hanc vicissim relique due
ita mittunt. Universalis dedicativa et par-
ticularis negativa. Ut omnis homo animal est.
Omne non animal non homo. Item. Quoddam
animal non est rationale. Quoddam non ra-
tionale non est non animal. Id ita ut dicimus
per illas quinque predicativas species explorabis.
Coniugatio autem propositionum dicitur
ipsa connexio. earum per aliquam communem par-
ticulam qua inter se copulantur. ita enim
possunt ad unam conclusionem consentire
que particula communis necesse est. Ut
aut in utraque propositione subiecta sit. aut
in utraque declarans. aut in altera subiecta
aut in altera declarans. Tres igitur coniugatio-
nes formule fiunt quarum prima dicitur
cum illa communis particula in altera sub-
iecta in altera declarans est. Qui ordo non
tantum enumeratione sed conclusionum
dignitate contextus est. Quippe ultima
formula est tertia quia nichil in ea nisi par-
ticulare concluditur. Hac superior est secunda
que habet conclusiones universales sed

tamen abdicativas tantum. Et ideo sic prima
pollet. quia in omne genus illationum conclu-
ditur. Dico autem illationem vel illativum
rogamentum quod ex acceptionibus colligitur
et infertur. Porro acceptio sit propositio que con-
ceditur a respondente ut si quis ita proponat
ita. Est ne omne honestum bonum? Propositio
est. Et si assentire se dicat fit acceptio remota con-
clusio. Coniugatione que et ipsa tamen commu-
niter vocatur propositio. Omne honestum bonum
est. Huic iunge alteram acceptionem similiter posi-
tam et concessam. Omne bonum utile est. Ex hac coniuga-
tione [illegible] promo di sit illativum
si directum universale. Omne igitur honestum utile est.
Si reflexum particulare. Quoddam igitur utile hones-
tum est. Quia particulariter tantum in reflexio-
nibus converti potest universalis dedicativa.
Directum autem dico inferri cum eadem parti-
cula subiecta est tam in coniugatione quam
in ipsa illatione. Itemque declarans est eadem est
utrobique. Reflexum vero cum hoc fit versa vice.
Ceterum tota ratiocinatio ista que a accepti-
onibus et illatione constat et collectio vel con-
clusio nominatur. Secundum aristotilem commo-
dissime potest diffiniri. Oratio in qua concessis
aliquibus quiddam preter illa que concessa
sunt necessario evenit. sed per illa ipsa concessa.
In qua diffinitione et orationis species non
alia quam pronuntiabilis intelligitur
est que ut supra diximus sola aut vera est
aut falsa. Et concessis aliquibus pluraliter dictum
est quia ex una acceptione non fit collectio.
Licet antipatro stoico contra omnium senten-
tiam vis   plena conclusio esse. Vides?
vivis igitur. cum sit illorum plena. Si vides vi-
vis atque vides. Vivis igitur. Itemque conclude-
re volumus non quod concessum est nobis sed
quod negatum idcirco in diffinitione aliud quid-
dam preter illa que concessa sunt necessario eve-
nire. Quare supervacanei sunt moduli stoicorum
non idem differentes paginees aut dies est. aut
nox est. Atqui dies est idem geminantes. Si dies
est. dies est. Dies igitur est. frustra enim colligitur
qui sine controversia utro conceditur. Illud potius
verisimile est cum dico. Si dies est lucet. atque
dies est igitur lucet. non male colligere preter
quod accepi. Nam quod est in conclusione fuerat

lucet. et in propositione. Hoc tamen [illegible]
aliter dici in conclusione igitur lucet ut ostendatur
nunc lucere. Aliter in propositione acceptum in
qua non est dicentis nunc lucere sed tantum
consequens esse. Ut si dixisset. utique et lucet.
Multum autem refert ita ne nunc affirma-
tive aliquid esse an tantum solere esse cum aliud quid-
dam precesserit. Ita illud quod in eadem diffi-
nitione necessitatis comprehensum est. facit ut
in conclusione nisi similitudo inductio-
nis distinguatur. Nam et in inductione que-
dam conceduntur. Ut puta homo inferiorem
molam movet. Equus inferiorem molam mo-
vet. Item homo et canis. in his acceptionibus in
conclusione aliud quid infertur. Ergo et omne
animal inferiorem molam movet quod cum
sit in corcodrillo falsum potes superioribus con-
cessis illationem ipsam non recipere quia non est
in conclusione [illegible]
[illegible]
et ideo [illegible]
ne ultima quidem diffinitionis vacat sed osten-
dit ex [illegible] que concesseris evenire de-
bere illationem. Ceterum ratam non fore ac
de his quidem satis dictum est. Nunc de his
tradendum est quibus modis et coniugatio-
nibus fiant intra certum numerum predica-
tivi generis vere conclusiones. Quippe in prima
formula. novem soli moduli. sex autem con-
iugationes repperiuntur. In secunda. quattuor mo-
duli. tres coniugationes. In tertia. sex modu-
li. coniugationes quinque. De quibus hic iam suo
ordine demonstrabo. Prefatus neque ex parti-
cularibus solis denique abdicativis solis ratam
fieri conclusionem quia sepe possunt et falsa
conducere. Item [illegible]
[illegible] abdicativa coniugatur dedicativam
non. sed abdicativam fieri illationem [illegible]
et una [illegible] prevalet. Similis etiam parti-
cularium [illegible] ex universalibus
particularem fieri illationem. Igitur in pri-
ma formula modus primus est qui conducit
ex universalibus dedicativis dedicativum univer-
sale directim. Ut omne iustum honestum est.
omne honestum bonum est. Omne igitur iustum bo-
num est. At si reflexim inferas. Quoddam igitur
bonum iustum. fit ex eadem coniugatione
quintus modus. Nam si tantum reflexim posse
universalem dedicativam supraposui. Secundus modus
est qui conducit ex universalibus dedicativa et
abdicativa. abdicativum universale directim
ut omne iustum honestum. Nullum honestum
turpe. Nullum igitur iustum turpe. At si reflexim
inferas. Nullum igitur turpe iustum. sextum
modum effeceris. Nam ut dictum est reflecti-
tur ipse universalis abdicativa. Tantum
[illegible]
tiva habendum ad illationem ex eo modo.
atque [illegible]
tiva convertetur. Similiter et in ceteris potestate
prior [illegible] modo habetur
subiectivus ex abdicativa. hec sola differentia est
eorum. Item tertius modus qui conducit ex de-
dicativis particulari et universali dedicativum
particulare directim. Ut quoddam iustum ho-
nestum. omne honestum utile. Quoddam igitur
iustum utile. Sed si reflexim inferas. Quoddam
utile iustum. septimum modum feceris. Nam
ut dictum est reflectitur ipse particularis
dedicativa. Quartus modus qui conducit
ex particulari dedicativa et universali abdi-
cativa. abdicativum particulare directim
ut quoddam iustum honestum. Nullum ho-
nestum turpe. Quoddam igitur iustum non
est turpe. Ex hoc modo contrarie vices inne-
ctuntur prioribus octavus et nonus. quippe
servant eius illationem non utilis reflexim.
Coniugationem autem ipsam [illegible]
[illegible] propositionibus [illegible]
ne ut prior fiat abdicativa. Atque ideo con-
ducere dicitur ambo per coniugationis conver-
sionem. Nam si abdicativum universale
quarti convertas et subicias ei universalem
dedicativam. quod convertantur eius parti-
cularis dedicativa fiet. Octavus modus est
qui conducit ex universalibus abdicativam
et dedicativa particulare abdicativum refle-
xim velut Nullum turpe honestum. Omne
honestum iustum. Quoddam igitur non est
turpe. Nonus quoque modus per similem con-
versionem ex universali abdicativa et par-
ticulari dedicativa abdicativum parti-
culare conducit reflexim. Nullum turpe
honestum. Quoddam honestum iustum.

Quoddam igitur iustum non est turpe.
Cur autem soli quattuor modos duos generent
quaeri singulos. illa ratio est quia pri-
mi modi sumptaque propositione conversa
fit coniugatio irrita duarum particulari-
um. Si alteram tantum fiet aut secunda formula
aut tertia. Ita secundi modi sumptaque conversa
fiet coniugatio nona quam iam ostendimus
ex quarto gigni. quia universalis dedicati-
ua secundi modi non nisi particulariter conuerti
potest. Si alteram tantum fiet secunda formu-
la aut tertia. Ex his ergo in prima formula
modis .viiii. et primi quattuor indemonstra-
biles nominantur. non quod demonstrari
nequeant ut universi maris est. Nec quod
demonstrabiles sint ut circuli quadratura
sed quod tam simplices tamquam manifesti
sint ut demonstratione non egeant adeo ut
ipsi ceteros gignant fidemque illis ex se imperti-
ant. Nunc formule modos tradenius secunde.
Primus modus in secunda formula est. qui condu-
cit ex universalibus dedicatiua et abdicatiua
abdicatiuum universale directum. Velut
omne iustum honestum. Nullum turpe
honestum. Nullum igitur iustum turpe
hic redigitur in secundum demonstrabilem
conversa eius secunda propositione. Secundus modus
est qui conducit ex universalibus abdicati-
ua et dedicatiua abdicatiuum universale
directum. Velut. Nullum turpe honestum.
Omne iustum bonum est. Nullum igitur turpe iu-
stum. hic coniugatione non differt a priore
nisi quod subiectiuam particulam abdicati-
uam trahit ad illationem quoniam iterati-
tiuus est. enuntiationis ordo quod in prima
formula fieri non potest. Tertius modus
est. qui conducit ex particulari dedicati-
ua et universali abdicatiua abdicatiuum
particulare directum. Velut quoddam iu-
stum honestum est. Nullum turpe honestum.
Quoddam igitur iustum non est turpe. huius
si convertamus universalem abdicatiuam
fit indemonstrabilis quartus ex quo hic
nascitur. Quartus modus est qui conducit
ex particulari abdicatiua et universali dedi-
catiua abdicatiuum particulare directum
ut quoddam iustum non est turpe. Omne
malum turpe. Quoddam igitur iustum non
est malum. Hic solus modus tantum per impossi-
bile approbatur de qua propositione dicemus expo-
sitis modis formule. In tertia formula primus
modus est qui conducit ex dedicatiuis univer-
salibus dedicatiuum particulare tam directum
quam reflexum. Ut omne iustum honestum
Omne iustum bonum. Quoddam igitur hones-
tum bonum. Vel sic. Quoddam igitur bonum
honestum. Quippe non interest quam ex
utraque propositione facias particulam subiecti-
uam quoniam non interest utram prius enunties
ideo non recte arbitratus est theophrastus
propter hoc non unum modum sed duos esse.
Secundus modus est qui conducit ex dedicatiuis
universali et particulari dedicatiuum par-
ticulare directum. Ut quoddam iustum ho-
nestum. Omne iustum bonum. Quoddam
igitur honestum bonum. Tertius modus
est qui conducit ex dedicatiuis. universali
et particulari dedicatiuum particulare di-
rectum. Ut. Omne iustum honestum. Quod-
dam iustum bonum. Quoddam igitur hones-
tum bonum. Quartus modus est qui condu-
cit ex universalibus dedicatiua et abdicatiua
abdicatiuum particulare directum. Ut omne
iustum honestum. Nullum iustum malum
Quoddam igitur honestum non est malum. Quintus
modus est qui conducit ex dedicatiua par-
ticulari et abdicatiua universali abdicati-
uum particulare directum. Ut quoddam
iustum honestum. Nullum iustum malum.
Quoddam igitur honestum non est malum.
Sextus modus est qui conducit ex dedicatiua
universali et abdicatiua particulari abdi-
catiuum particulare directum. Ut omne
iustum honestum. Quoddam iustum non
est malum. Quoddam igitur honestum non
est malum. Ex his sex. modulis primi tres re-
diguntur ad tertium indemonstrabilem
conversa priore propositione primi et secundi. Ter-
tius enim a tertio eandem coniugationem
habet hoc uno differens quod ex universali
[illegible] particulari [illegible] propter quod
non tantum propositionis uerum etiam illati-
onis conversione redigitur in tertium. Item
quartus et quintus nascuntur ex indemon-

36

strabili quarto conuersis prioribus propositioni-
bus eorum. Sextus autem modus nec utraque
nec altera conuersa ad indemonstrabilem
aliquem potest sed tantum per impossibile ap-
probatur. Sicuti quartus in secunda formula et
ideo uterque nouissimi nominantur. Ceterorum
autem in omnibus formulis ordinatio facta est
pro differentia coniugationum et illationum
Nam prius est dedicare quam negare poten-
tiusque est uniuersale quam particulare. Pri-
ores sunt uniuersales particularibus. Et in
utrisque dedicatio et illatio similes sunt. Et his
preponitur modus qui celerius ad indemon-
strabilem redigitur. Isdem est una conuersio-
ne que una probatio est ceteros eos ad conclu-
dendum modos esse. Est altera probatio commu-
nis omnium etiam indemonstrabilium que dicitur
per impossibilis appellaturque a stoicis prima con-
stitutio. Vel primum expositum quod sic
difiniunt. Si ex duobus tertium quod colli-
gitur. alterum eorum cum contrario illatio-
nis colligit contrarium reliquo. Veteres
autem sic diffinierunt. Omnis conclusio-
nis si sublata sit illatio assumpta alterutra
propositione tolli reliquam. Que res inuenta
est aduersus eos qui concessis acceptionibus
id quod ex illis colligitur impudenter recu-
sant. Per hoc enim compelluntur ad impossi-
bilia dum ex eo quod negant contrarium ali-
quid inuenitur ei quod ante concesserant. Porro
contraria simul esse uera impossibile est. Ergo
per impossibile compelluntur ad conclusionem.
Nec frustra constituerunt dialectici eum uerum
modum esse. cuius aduersum illationis cum
altera uel alterutra acceptione tollit reliquam.
At stoici quidem tantum negatiua particu-
la preposita putant illatione recusari. uel
ex propositionibus alterum tolli ut puta. Omnis
non omnis. Veteres uero et per alterutram igitur
bifariam ut puta. Omnis non omnis. Quidam
non quidam. Fiunt igitur aduersus unam
quamque conclusionem contrarie que opponan-
tur octo. Quoniam utraque acceptio bifariam tol-
litur fiuntque conclusiones bis quaterne mo-
do negatiua particula preposita illationi
modo alterutra illationis accepta. Exemplo
sit primus indemonstrabilis. Omne iustum

honestum. Omne honestum bonum. Omne
igitur iustum bonum. Qui hanc illationem con-
cessis propositionibus negat. necesse est dicat quod-
dam iustum non est bonum. Huic si proponas pri-
orem ex duabus concessis. Omne iustum honestum
fit illatio secundum sextum modum in tertia formu-
la. Quoddam igitur honestum non est bo-
num. quod repugnat secunde propositioni que
concesserat. Omne honestum bonum. Hec
item omnino opposita conclusio est si isdem
manentibus equipollentem eius inferat ut
non igitur omne honestum bonum. Similiter
et altere fiant due conclusiones si ut nunc
proposuimus priorem propositionem sic assu-
mamus posteriorem. Quoddam iustum non
est bonum. Omne honestum bonum fit illatio
quarti modi in secunda formula duplex. Non igitur
omne iustum honestum uel quoddam igitur
iustum honestum non est. Quarum utraque
eque priori propositioni repugnat que conces-
serat. Omne iustum honestum. His quattuor
conclusionibus manentibus tantum propositio
mutata est. Si pro eo quod erat. Quoddam iu-
stum non est bonum facias non omne iu-
stum bonum. bifariam fit sublata illatio.
Erunt altere quattuor conclusiones isdem
mutationibus. Item si pro eodem facias. Nullum
iustum bonum bifariam fit sublata illatio.
Erunt tres quaterne conclusiones contra singu-
los modos que habebunt uniuersalem illationem.
Ea enim potest sola trifariam tolli. At in
ceteris sole octo quas siquis uelit singillatim
sub unoquoque per omnes formulas poterit sug-
gerere. ad exemplum quod proposuimus. Ut
etiam more hypotheticorum pluralitas or-
dinis propositionum et partium commutatio
sed ut maneat fit primus indemonstrabi-
lis. A. de omni. b. et. b. de omni. f. Igitur
A. de omni. f. Incipiunt a declarante atque
ideo et a secunda propositione. Hic adeo modus
secundum hos preceptis certo talis est. Omne. f.
B. Omne. b. a. Omne igitur. f. a. Stoici porro
pro litteris numeros usurpant. Ut si primum
atque primum secundum. Secundum igitur. Verum aristo-
teles in prima formula quattuor solos modulos
indemonstrabiles prodidit. Theophrastus et
ceteri quinque enumerant. Nam propositione

iungentes et infinitam colligentesque illationem indiffinitionem hoc supervacaneum est cum indefinita pro particulari accipiatur. et idem fient modi quos particularibus iam ostendimus in prima formula quarti. Quod si quis velit geminare indefinitam pro particulari accipiens indefinitamque subiciens illationem erunt omnes novem et viginti. Aristotiles autem alexandrinus et nonnulli peripathetici iuniores. quinque alios modos praeterea suggerunt universalis illationis. In prima formula tres. in secunda. duo. pro quibus illi particulares inferunt quod perquam ineptum est cui plus concessum sit minus concludere. Omnes autem modos in tribus eorum formulis certos non nisi unde viginti esse quos supra ostendimus comprobatur. Quattuor sunt propositiones. Due particulares. Due universales. Harum unaqueque ut ait aristotiles ut sit subiecta sibi aliis tribus proponatur quaterne scilicet coniungi tur atque ita sene dene coniugationes in singulis formulis erunt. Harum sex equaliter in omnibus non valent. Due quidem cum ex abdicativis utravis alteram precedit. quattuor autem cum ex particularibus utravis aut semet precedit aut alteram subditur. Nichil enim concludi potest ubicumque. Aut due particulares sunt aut due abdicativae. Igitur remanent singulis formulis dene coniugationes. Porro tam ex his tam in prima quam in secunda formula due non valent. Cum universalis dedicativa particulari preponitur. Aut universalis abdicativa abdicativam universalem. Quibus aut universalis abdicativa abdicativam universalem. Aut particularis abdicativa universalem dedicativam antecedit. quo fit. Ut remaneant prime formule. Sex coniugationes iam in novem modis reliquis duabus formulis adhuc octone ex quibus una in neutra probatur cum universalis abdicativa precedit alteram particularem dedicativam. Ex his septenis que supersunt iam proprie secunda formula. Quattuor falsae cum universalis dedicativa vel sibimet ipsa vel particulari sive utrovis loco iungitur vel cum precedit alteram. Item proprie in tercia formula due non valent. Cum utravis abdicativa universali dedicative preponitur. Reliquas certas esse. tres in secunda. Quinque tercie formule supra ostendimus cum eas ad sex coniugationes prime formule redigeremus. Igitur ex quadraginta novem coniugationibus quattuordecim sole probantur. Cetere triginta quattuor quas enumeravi merito repudiantur quia possunt ex veris falsa concludere. quod cuique facile est experiri pullas supradictas quinque significationes generis. At ex illis quattuordecim quas probavimus non plures quam predictum est modos fieri doceret ipse illationes. Ut cum directum sumatur. cum reflexum quousque ipsa passa est veritas. Quapropter earum non potest numerus augeri ;

CUM IN OMNIBUS PHYLOSOPHIE DISCIPLINIS ediscendis atque tractandis summum vite positum solamen existimem tum ea sciendis et veluti cum quodam fructu etiam laboris arripio que tecum communicanda compono. Nam et si ipsa speculatio veritatis

sita quaque specie fecunda est. fit tamen amabilior cum in commune deducitur. Nullum est enim bonum quod non pulcrius elucescat si plurimorum noticia comprehendatur. Nam quae alias taciturnitate compressum etiam iamque silentio periturum latius efflorescit et ab oblivionis interitu [illegible] participatione defendit. Itaque iocundior disciplina cum inter eiusdem sapientiae conscios iubet esse sapientem. Quod si accedat ut tecum mihi nunc res est ea quae sponte iocunda [illegible] ne deduci necesse est studii suavitatem quodam veluti dulcissimo caritatis sapore condiri. Nam cum id inse optineat amicitia proprium muneris ut velit habere solitarias cogitationes tunc quod honeste quisque cogitat. nulli promptius nisi quem diligit confitetur. Quo factum est ut etiam si immensus labor cepto optinuam negabat animus tamen adefficiendum quod aggressus fuerat tua contemplatione sufficeret. Quid enim magnum studiosius tuus amor efficeret [illegible] contulisset. Quod igitur apud scriptores quidem grecos perquam rarissimos strictius atque confuse apud latinos vero nullo reperi id tuae scientiae dedicatum. ut et si diuturnus cepti tamen efficax labor excolunt. Nam cum kategoricorum syllogismorum plenissime noticiam percepisses de hypotheticis syllogismis [illegible] nichil est ab aristotile conscriptum. Theophrastus vero vir omnis doctrinae capax rerum tantum summas exsequitur. Eudemus latiorem docendi graditur viam. sed ita ut veluti quaedam seminaria sparsisse nullius tamen frugis videatur extulisse proventum. Non [illegible] quantum ingenii viribus et amicitiae studio sufficimus quae ab illis vel dicta breviter vel funditus omissa sunt. elucidanda diligenter et subtiliter persequenda suscepimus. In qua re superatae difficultatis premium fero. si tibi munus implesse videar amicitiae. et si non videar laus fecisse doctrinae. Vale.

[C]um syllogismus certis et convenienter positis propositionibus contineatur. propositio vero omnis. aut kathegorica est quae predicativa dicitur. aut hypothetica quae condicionalis appellatur. Predicativa est in qua aliquid de aliquo predicatur hoc modo. Homo animal est. Hic enim animal de homine predicatur. Hypothetica est quae cum quadam condicione denuntiat esse aliquid si fuerit aliud. Veluti cum ita dicimus. Si dies est lux est. Hypotheticae autem propositiones ex cathegoricis constant ut paulo posterius apparebit. Quo fit. ut syllogismus quidem qui ex kathegoricis propositionibus iunctus est. cathegoricus appellatur id est predicativus. [illegible] hypotheticis constat. dicatur hypotheticus id est condicionalis. Ut igitur hypotheticorum syllogismorum differentia provideatur spectanda prius est eorum in propositionum natura discretio. Videtur autem in aliquibus propositionibus nichil differre predicativa propositio a condicionali nisi tantum quodam orationis modo. Velut si quis ita proponat homo animal est. id sic enuntiet rursus. Si homo est animal est. Hae propositiones orationis quidem modo diversae sunt rem vero non videntur significasse diversam. Primumque dicendum est. quod predicativa propositio vim suam non in condicione sed in sola predicatione constituit. In condicionali vero consequentiae ratio ex condicione suscipitur. Rursus predicativa simplex est propositio. Condicionalis vero esse non potest nisi ex predicativis propositionibus coniungatur. Ut hic cum dicimus. Si dies est. lux est. Dies est. atque lux est. Duae sunt predicativae. id est simplices propositiones. Adhuc aliud est quo [illegible] quod predicativa quidem propositio habet unum subiectum terminum alterum predicatum. Et id quod in predicativa propositione subiectum est illius suscipere nomen videtur. quod in eadem propositione predicabitur hoc modo. Ut cum dicimus homo animal est. homo subiectum est. animal predicatum. Et homo animalis suscipit nomen cum ipse homo animal esse proponitur. At in his propositionibus quae condicionales [illegible] praedicationis modus. Neque enim omnino alterum de altero predicatur. sed id tantum dicitur esse alterum. si alterum fuerit. Veluti cum dicimus

Si peperit cum uiro concubuit. Non enim tunc dicitur ipsum peperisse id esse quod est cum uiro concumbere. sed id tantum proponitur qui partus esse nunquam potuisset nisi fuisset cum uiro concubitus. Quod si quando in una eademque propositionum proprietas incurrerit tunc secundum modum enuntiate propositionis intelligendi ratio uariabitur hoc modo. Nam cum dicimus homo animal est. propositionem facimus predicatiuam. At si ita proponamus. Si homo est animal est. in conditionalem uertitur enuntiationem. In predicatiua igitur id spectabimus quod ipse homo animal sit. id est nomen ipse suscipiat animalis. In conditionali uero illud intelligimus quod si fuerit aliqua res que homo esse dicatur necesse sit aliquam rem esse que animal nuncupetur. Itaque predicatiua propositio rem quam subiecit predicate rei suscipere nomen declarat. Conditionalis uero propositionis hec sententia est. ut ita demum sit aliquid si fuerit alterum etiam si neutrum nomen alteri excipiat. Ita igitur propositionibus disgregatis ex enuntiationum proprietate sillogismi quoque uocabulum perceperunt. ut alii dicantur predicatiui. alii conditionales. Nam in quibus propositiones predicatiue sunt eos sillogismos predicatiuos uocamus. In quibus uero hypotetica propositio prima est. potest namque et assumptio et conclusio esse predicatiua. hi tamen primus hypoteticos propositionis naturam hypotetici et conditionales dicuntur. Ac de simplicibus quidem id est predicatiuis sillogismis duobus libellis explicuimus quos de eorum institutione conscripsimus. Post simplicium uero sillogismorum disputationem ordo est ut de non simplicibus disseramus. Non simplices autem sillogismi sunt qui hypotetici dicuntur quos latino nomine conditionales uocamus. Non simplices uero dicuntur quoniam ex simplicibus constant. atque in eosdem ipsos ultimos resoluuntur cum presertim prime eorum propositiones uim proprie consequentie ex kategoricis id est simplicibus capiant sillogismis. Namque prima propositio hypotetici sillogismi si dubitetur an uera sit predicatiua conclusione demonstrabitur. Assumptio uero in pluribus sillogismorum modis fit manifestum predicatiua esse et si probatur. hanc conclusio uelut cum dicimus. Si dies est lucet. Atqui dies est. hec assumptio predicatiua est. et si queratur predicatiuo probabitur sillogismo. Lucet igitur. Consequens est rursus predicatiua conclusio. Super hec omnis conditionalis propositio ex predicatiuis ut dictum est iungitur. Quod si ex his fidem capiunt et ordinem partium sortiuntur necesse est cathegoricos sillogismos hypoteticis uim conclusionis ministrare. Sed quoniam de hypotheticis loquimur quid significet hypothesis predicendum est. Hypothesis namque unde hypothetici sillogismi accepere uocabulum ut eudemo placet duobus modis dicitur. Aut enim tale acquiescitur aliquid per quandam inter se consentientium conditione quod fieri nullo modo possit. ut ad suum terminum ratio perducatur. Aut in conditione posita consequentia ui coniunctionis uel disiunctionis ostenditur. Ac prioris quidem propositionis exemplum est. Veluti cum res omnes corporales materie formeque concursu subsistere demonstramus. Tunc enim quod preter naturam fieri non potest ponimus id est omnem forme naturam a subiecta materia si non re saltem cogitatione separamus. Et quoniam nihil ex rebus corporeis reliquum fit demonstratum atque ostensum putamus eisdem conuenientibus corporalium rerum substantiam confici quibus a se disiunctis ac discedentibus interimatur. In hoc igitur exemplo posita est consentiendi conditione ut id paulisper fieri intelligatur quod fieri non potest id est ut forme a materia separentur quoniam consequatur interdicimus perire scilicet corpora ut eadem ex eisdem consistere comprobemus. Namque quia interitus corporalium rerum consequitur iure dicimus omnes res corporeas forma materiaque constare. Sed hec quidem propositiones huiusmodi que ex consentientium conditione proueniunt nihil his differunt quas simplices kathegorice institutionis primi libri tractatus ostendit. Que uero a simplicibus differunt ille sunt quando aliquid dicitur esse uel non esse si quid fuerit uel non fuerit. He semper cum coniunctionibus

uariantur ut cunctis inomnib; . a . ter
minus ēē ponatur . octo ū ita . ut idem . a .
terminus non ēē dicatur . Non ū quoquo
modo posite fuerint habebunt uim con
ditionalium ꝓpositionum ex duabus hypo
teticis constantium . Nam si quis sic dicat
Si cum est homo . est animal . cum sit ani
matum est corpus . non fecerit eam pro
positionem . que ex duabus conditionalib;
constet . Neq; enim quod animatum ē
corpus ē . quia qui homo est animal est
nec conditio sequitur conditionem . Sed si
eas separes ꝓseq; ꝓnuntiet utraq; habent
[illegible] consequentie necessitatem
Nam & qui homo est . animal ē . & quod
animatum est corpus est . E ipse iste ue

te sunt nec conditione iunguntur . Ut igi
tur singularis natura clarescat nunc de
una quaq; ē . disserendum .

Prima ḡ ꝓpositio talis debet ēē ut si sit
. a . positum . b . terminus non continuo
subsequatur . Item si . c . ponatur non necesse
sit . d . terminum sequi . Sed posito quidem
a . termino . c . terminum posito ū . b . ter
mino . d . ēē necesse sit . Tunc enim ueniet .
ut si posito . a . fuerit . b . necesse sit . c . posito
subsequi . d . Ut si sint t̄mini . a . homo . b .
medicus . c . animatum . d . artifex . Posito
enim homine non necesse ē ut medicus
sit . Et cum animatum sit non necesse est
ut sit artifex . At si homo sit necē ē . ut sit
animatum . Et si sit medicus necesse ē ut
sit artifex . Hoc itaq; posito eueniet ut si
cum sit homo est medicus cum sit animatū
sit artifex .

Secūda ꝓpositio ita ēē debet . ut . a . atq; b .
Itemq; . c . atq; . d . preter se ēē possint
sed . a . preter . c . ēē . non possit . b . autem
atq; . d . simul ēē non possunt . Tunc enim
ueniet . Ut si posito . a . termino . b . fuerit
consecutum posito . c . non ēē necesse sit . d .
Ut si sit . a . homo . b . niger . c . animatum . d .
albus . Homo enim preter nigrum et ani
matum . preter album ēē uel non ēē potest
homo ū preter animatum nigrū autem
cum albo ēē . non potest . E uentq; . Ut si
cum homo sit niger sit cum sit animatus
non sit albus .

Tertia ūo ꝓpositionis tales terminos ēē opor
tebit . Ut . a . preter . b . ēē possit . c . ū . uel
cum . a . uel cum . d . simul ēē non possit . Quo
circa eueniet ut si . a . posito fuerit . b . nega
to . c . termino . d . ēē necē sit . Ut si sit . a .
quidem animatum . b . medicus . c . inani
matum . d . artifex . Animatum enim preē
medicum ēē potest . Inanimatum autem
neq; cum animato neq; cum artifice iungi
potest . Itaq; si cum sit animatum est
medicus . cum non sit inanimatum est ar
tifex

Quarta ꝓpositio his terminis conte
xenda est . Ut . a . quidem cum . b . t̄
mino . c . autem cum . d . uel ēē uel non

esse possit. Neque uero a. cum c. neque b. cum d. ullo modo possibile sit esse. Tunc enim euenit. ut si a. posito b. sequatur: negato c. negetur etiam d. Ut si sit a. homo. b. niger. c. inanimatum d. album. Homo quidem preter nigrum. inanimatum uero preter album esse et non esse potest neque tamen homo cum inanimato. neque nigrum cum albo. possibile est. Si tamen cum sit homo est niger. sequitur ut cum non sit inanimatum non sit album

uinte propositionis hec sunt membra. ut a. preter. b. et c. preter. d. esse uel non esse possit. sed a. preter c. esse non possit. b. atque d. simul esse non possint. ita ut si alterum non sit. alterum esse necesse sit. Tunc enim eueniet ut si a. posito negetur. b. posito. c. sequatur. d. ut si sit. a. quidem homo. b. eger. c. animatus. d. sanus. Homo quidem preter egritudinem. animatus uero preter sanitatem et esse et non esse potest. sed si homo sit animatus esse necesse est. Itaque fiet ut si cum homo sit non sit eger cum sit animatus sit sanus.

exta propositio hos terminos habere desiderat. ut a. preter. b. et c. preter. d. esse et non esse possint. Idem uero a. preter. c. et d. preter. b. esse non possint. Tunc enim eueniet ut si a. posito non sit b. posito c. non sit d. Ut si sit. a. homo. b. artifex. c. animatus d. medicus. Homo enim preter artificium animatum uero preter medicinam et esse et non esse potest. Neque uero homo preter animatum neque medicus preter artificium esse potest. Quo fit ut sicut homo est artifex non est cum sit animatus non est medicus.

eptime propositionis hi termini sunt ut. a. quidem preter. b. esse et non esse possit. c. uero neque cum d. neque cum a. esse possit b. etiam cum c. simul esse non possit. Ita namque eueniet ut si a. posito b. esse negetur negato c. termino. d. sequatur. Ut si a. sit animatum. b. sanum. c. inanimatum. d. egrum. Animatum quidem preter sanitatem et esse et non esse potest. Inanimatum uero neque cum animato neque cum egro conuenire possit. Quo fit ut si cum animatum est sanum non est. cum non sit inanimatum est egrum.

tem octaua propositio his terminis copulanda est. ut. a. quidem preter. b. terminum et esse et non esse possit. c. autem cum. d. non esse possit. sed a. cum c. et d. preter. b. esse non possit. Hoc enim pacto eueniet. ut si a. posito. b. negetur. negato. c. termino. d. terminus non sit. Ut si sit. a. animatum. b. artifex. c. inanimatum. d. medicus. Animatum enim preter artificium esse et non esse potest. Inanimatum uero neque cum animato neque cum medico conuenit. medicus uero preter artificium esse non potest. Unde euenit ut sicut animatum est non est artifex cum non sit inanimatum non sit medicus.

ona propositio fiet. si a. quidem atque b. simul esse non possint. c. uero possit esse preter d. cum a. uero esse non possit. Tunc enim eueniet ut si a. negato. b. esse sequitur c. posito. d. sequatur. ut si sit. a. quidem inanimatum. b. medicus. c. animatum. d. artifex. Inanimatum quippe medicus esse non potest. animatum uero potest non esse artifex. Inanimatum atque animatum simul esse non possunt. Quo fit ut si cum non est inanimatum sit medicus. cum sit animatum sit artifex

ecimam propositionem tales termini copulabunt. ut. a. quidem preter. b. at uero c. preter. d. esse possit. Sed a. cum c. et b. cum d. esse non possit. Ita enim eueniet ut si negato a. esse. b. consequatur. posito. c. termino. d. non esse necesse sit. Ut si sit. a. inanimatum. b. nigrum. c. animatum. d. album. Inanimatum quippe preter nigrum et animatum preter album esse et non esse possunt. Sed inanimatum cum animato et nigrum cum albo simul esse non possunt. Si cum negatum fuerit inanimatum consecutum fuerit nigrum posito animato album esse negabitur.

tem undecima propositio ea fit. ut neque. a. cum. b. neque. c. cum. d. simul esse possint. a. uero sine. c. et. b. sine. d. esse non possint. Ita enim sicut. a. sit negatum. b. sequitur cum. c. negabitur. d. esse necesse est. Ut si sit. a. inanimatum b. medicus. c. mutabile. d. artifex. Inanimatum quidem medicus esse non potest. Quo circa ne mutabile quidem artifex. Sed quod est inanimatum non potest non esse mutabile.

Itemque qui medicus est non potest non esse artifex.
Si igitur inanimatum negetur et medicum esse
consequatur cum negabitur mutale artifex
consequetur.

[D]uodecima propositio est que talibus terminis
constare oportebit. Ut a. quidem preter b.
at vero c. preter d. esse vel non esse possit. a. vero sine c. et
b. cum d. esse non possit. Ita enim cadet. ut si a.
negato. b. sequitur. c. negato. d. etiam negetur.
Ut si fuerit. a. inanimatum. b. album. c. muta-
le. d. nigrum. Inanimatum quidem preter
album mutale autem preter nigrum esse vel
non esse potest. Si tamen inanimatum non sit
et sit album cum mutale non sit non erit
nigrum.

[T]ertia decima propositio his terminis conte-
xenda est. Ut a. quidem preter. b. at vero
c. preter. d. esse possit. a. vero atque c. et b. atque d.
ita simul esse non possint ut si alterum eorum non
fuerit. alterum eorum esse necesse sit. Ita namque fi-
et sicut. a. negatum sit. b. negetur. cum. c. affir-
matum fuerit. d. affirmetur. Ut si sit. a. irrati-
onabile. b. egrum. c. rationabile. d. sanum.
Irrationabile namque preter egrum et rationa-
bile preter sanitatem esse potest. Irrationabile
vero ac rationabile et egrum atque sanum simul
esse non possunt. Si tamen alterum eorum non
fuerit alterum esse necesse est. Itaque fit ut si irra-
tionabili negato egrum negetur rationabili
posito. sanum ponatur.

[Q]uartadecima propositio his terminis te-
xenda est. ut a. quidem preter. b. et. c.
preter. d. esse possit. Sed. a. atque. c. simul esse non
possunt. ita ut cum alterum non fuerit. alterum
esse necesse sit. b. vero. preter. d. esse non possit. Fit
igitur ut si cum sit. a. negatum. b. negetur
cum sit. c. non sit. d. Ut si sit. a. inanimatum
b. artifex. c. animatum. d. medicus. Inanima-
tum quidem preter artificem. animatum vero
preter medicum esse potest. Inanimatum enim
animato non convenit. et medicus ab artifi-
ce nullo modo separatur. Fit ergo ut si cum non est
inanimatum non sit artifex cum sit anima-
tum non est medicus.

[Q]uinta decima propositio his texenda est
membris. Ut a. quidem si non sit. c.
non esse necesse sit. b. vero atque. d. talia sint. ut
altero eorum negato. alterum esse necesse sit. Ita
namque fiet ut cum sit. a. negatum. b. negetur
cum negabitur. c. affirmetur. d. Ut si sit. a.
quidem irrationabile. b. sanum. c. inanima-
tum. d. egrum. Irrationabile quidem si non
sit non est inanimatum. Sanum autem at-
que egrum simul esse non possunt. Et qui sanum
negaverit egrum necesse est affirmet. Itemque
e diverso. Est ergo ut si negato irrationabili
negetur sanum. negato inanimato egrum
ponatur.

[S]exta decima propositio est que his terminis
constat. Ut a. quidem preter. c. at vero
b. preter. d. esse non possit. a. vero cum. b. et. c. cum
d. esse nullo modo queat. Evenit igitur ut
si a. quidem negato. b. negatur negato. c.
terminus. d. abnuatur. Ut si sit. a. inanima-
tum. b. artifex. c. mutale. d. medicus. Inani-
matum ergo preter mutale et preter artificem
medicum esse non potest. Inanimatum vero cum
artifice et mutale cum medico esse non pote-
rit. Si igitur negato inanimato negetur
artifex. negato mutali negatur medicus.
Atque hec ratio propositionum quam superius
exemplis descripsimus. idcirco intelligatur
assumpta. ut earum natura clarescat. non
quo aliter inter se terminos esse non possint.
Nam ut superius dictum est non sufficit quo-
libet modo iungere terminos ut fiant hypo-
tetice propositiones ex duabus conditionalibus
coniugate. Neque enim si quis dicat. Si cum
homo est. animal est. cum dies est lucet ta-
lem fecerit propositionem que ex duabus condi-
tionalibus constet idcirco quia prior conditio
non sequente causa conditionis. Hoc igitur super-
positarum propositionum ratio demonstrat
quemadmodum fit ut conditionem condi-
tio consequatur. Que cum ita sint de earum
dicendum est sillogismis.

[F]it ergo ex prima propositione sillogismus hoc
modo. Si cum est. a. est. b. cum sit. c. est
d. At qui cum sit. a. est. b. cum ergo sit. c. erit.
d. Vel ita. At qui cum sit. c. non est. d. Cum ergo
sit. a. non est. b. Posse vero hanc esse assumptione
superius descripta propositionum natura de-
monstrat.

[I]tem ex secunda propositione. Si cum est. a. est. b. cum

sit .c. non ē .d. Atqui cum ē .a. ē .b. Cum ḡ sit .c. non est .d. Vel ita. Atqui cum sit .c. est .d. Cum ḡ sit .a. non ē .b. Ex tercia. Si cum sit .a. est .b. cum non sit .c. est .d. Atqui cum sit .a. ē .b. Cum ḡ non sit .c. erit .d. Vel ita. Atqui cum non sit .c. non est .d. Cum igitur sit .a. non est .b.

Item ex quarta. Si cum sit .a. est .b. Cum non sit .c. non ē .d. Sed cum sit .a. est .b. Cum igitur ṅ sit .c. non ē .d. Vel ita. Atqui cum non sit .c. ē .d. Cum ḡ sit .a. non est .b.

Ex quinta propositione fiunt quattuor collectiones. Ita namque termini proponuntur ut utrobique fiat rata conclusio hoc modo. Si cum sit .a. non est .b. cum sit .c. est .d. Atqui cum sit .a. non est .b. cum ḡ sit .c. est .d. Vel ita. Atqui cū sit .a. ē .b. Cum ḡ sit .c. non est .d. Vel ita. Atq̄ cum sit .c. non est .d. Cum ḡ sit .a. ē .b. Vel ita. Atqui cum sit .c. est .d. Cum ḡ sit .a. non ē .b. Ex sexta. Si cum ē .a. non ē .b. cum sit .c. non est .d. Atqui cum sit .a. non ē .b. Cum ḡ sit .c. non ē .d. Vel ita. Atqui cum sit .c. ē .d. Cum ḡ sit .a. est .b.

Ex septima fiunt quattuor sillogismi hoc modo. Si cum sit .a. non ē .b. cum sit .c. est .d. Atqui cum sit .a. ṅ est .b. Cum ḡ non sit .c. est .d. Vel ita. Atqui cum sit .a. est .b. Cū igitur non sit .c. non ē .d. Vel ita. Atqui cū non sit .c. non est .d. Cum ḡ sit .a. ē .b. Vel ita. Atqui cum non sit .c. est .d. Cum igitur sit .a. non est .b.

Ex octava propositione. Si cum ē .a. non est .b. cum non sit .c. non est .d. Atqui cum sit .a. non ē .b. cum igitur non sit .c. non est .d. Vel ita. Atqui cum non sit .c. est .d. Cum ḡ sit .a. est .b.

Actenus quidem ex his propositionibus que .a. esse proponebant. atque ita ceteros terminos affirmando negandoque variabant ostendimus qui fierent sillogismi. Nunc ex his propositionibus quinam sillogismi fiant que ita ceteros terminos variant. ut .a. non esse proponant.

Ex nona enim propositione ita fit sillogismus. Si cum non est .a. est .b. cum sit .c. est .d. Atq̄ cum non est .a. ē .b. cum ḡ sit .c. ē .d. Vel ita Atqui cum sit .c. non ē .d. cum ḡ sit .a. ṅ ē .b.

Item ex decima. Si cum non sit .a. est .b. cum sit .c. non est .d. Atqui cum non ē .a. est .b. cum igitur sit .c. non ē .d. Vel ita. Atqui cum sit .c. est .d. Cum igitur non sit .a. non ē .b.

Ex undecima. Si cum non est .a. ē .b. cum ṅ sit .c. ē .d. Atqui cum non sit .a. ē .b. cum ḡ non sit .c. ē .d. Vel ita. Atqui cum sit .c. non ē .d. cū ḡ non sit .a. non ē .b.

Ex duodecima. Si cum non est .a. est .b. cum non sit .c. non est .d. Atqui cum non sit .a. ē .b. cum ḡ non sit .c. non est .d. Vel ita. Atqui cum non sit .c. ē .d. Cum igitur non sit .a. non est .b.

Item ex tercia decima que quattuor colligit sillogismos hoc modo. Si cum non est .a. non ē .b. cum sit .c. ē .d. Atqui cum non sit .a. non ē .b. cum ḡ sit .c. ē .d. Vel ita. Atqui cum non sit .a. ē .b. cum ḡ non sit .c. non ē .d. Vel ita Atqui cum non sit .c. non est .d. cum ḡ non sit .a. ē .b. Vel ita. Atqui cum sit .c. est .d. cū ḡ non sit .a. non ē .b.

Item ex quarta decima. Si cum non est .a. non est .b. cum sit .c. non ē .d. Atqui cum non est .a. non ē .b. Cum igitur sit .c. non est .d. Vel ita Atqui cum sit .c. est .d. cum igitur non sit .a. est .b.

Quinta decima propositio rursus quattuor colligit sillogismos hoc modo. Si cum non est .a. non est .b. cum non sit .c. est .d. Atqui cū non sit .a. non est .b. cum igitur non sit .c. ē .d. Vel ita. Atqui non ē .a. est .b. cum ḡ non sit .c. non ē .d. Vel ita. Atqui cum non sit .c. non est .d. Cum ḡ non sit .a. est .b. vel ita. Atqui cum non sit .c. est .d. cum igitur non sit .a. non est .b.

Ex sexta decima propositione. Si cum non est .a. non est .b. Cum non sit .c. non est .d. Atq̄ cum non est .a. non est .b. cum igitur non sit .c. non est .d. Vel ita. Atqui cum non sit .c. est .d. Cum ḡ non sit .a. est .b.

Ex quibus omnibus quadraginta conclusiones omnes fiunt. Sedecim quidem assumpta prima condicione ita ut in prima propositione est posita. Sedecim vero assumpta secunda condicione contrario modo atque in propositione est collocata. Octo vero ex quinta septima quarta decima et quinta decima fiunt assumptis primis quidem condicionalibus contrario modo atque in propositione constit-

bantur. Sed his similis condicionibus eodem modo assumptas ut in propositione fuerant collocate. Ut igitur omnium propositionum conclusionumque ratio clarescat, omnes huiusmodi enuntiationes cum propriis apposuimus exemplis.

I cum sit a homo est b medicus cum sit c animal est d artifex.
I cum sit a homo est b niger cum sit c animal non est d albus.
I cum est a animal est b medicus cum non sit c animal est d artifex.
I cum est a homo est b niger cum non sit c animal non est d albus.
I cum est a homo est b eger cum sit c animal est d sanus.
I cum est a homo est b artifex cum sit c animal non est d medicus.
I cum est a animal est b sanus cum non sit c animal est d eger.
I cum est a animal est b artifex cum non sit c animal non est medicus.
I cum non est a animal est b medicus cum sit c animal est d artifex.
I cum non est a animal est b niger cum sit c animal non est d albus.
[illegible]
I cum non est a animal est b album cum non sit c inanimal non est d nigrum.
I cum non est a animal est b egrum cum sit c rationale est d sanum.
I cum non est a animal est b artifex cum sit c animal non est d medicus.
I cum non est a animal est b sanum cum non sit c animal est d eger.
I cum non est a animal est b artifex cum non sit c animal non est d medicus.

[D]e his quidem que per conexionem fiunt hec dicta sunt. Hiis vero qui in disiunctione sunt positi, illis videntur adiuncti, eorumque modos formasque suscipiunt quos superius in conexione positos ex his propositionibus fieri diximus que duabus simplicibus iungerentur. Si igitur per disiunctionem propositionum [illegible] ad eas similitudines demonstratio que in conexione posite in simplicibus copulate sunt. Quot modi qualesque conclusiones sunt in unaquaque illarum que per conexionem fiunt propositionum, tot etiam in his esse necesse est que per disiunctionem pronuntiate eandem vim in conexis habere monstrantur. Quattuor igitur modis superius differentias per conexionem enuntiatarum propositionum esse diximus si ex simplicibus copularentur hoc modo

Si est a est b	Per disiunctionem quoque propositione	Aut est a aut est b.
Si non est a non est b		Aut non est a aut non est b.
Si non est a est b		Aut est a aut non est b.
Si est a non est b		Aut non est a aut est b.

quattuor differentias tenetur hoc modo.

[D]uarum quidem ea que est prima, ita proponitur: aut esse a aut b. In his tantum dici potest in quibus alterum eorum esse necesse est, velut in contrariis medietate carentibus; similisque est ei propositioni que dicit: Si non est a est b. Que enim proponit: aut est a aut est b, id intelligit neque simul utraque esse posse, et si unum non fuerit consequi ut sit alterum, itaque: Si non sit a erit b. Sed hec una est earum propositionum quas in his per conexionem que fiunt superius numeravimus. Quicumque igitur sillogismi in ea propositione fiunt que est: Si non est a est b, hi etiam in ea faciendi sunt que per disiunctionem proponitur cum dicimus: aut est a aut est b, fiuntque in superiore quattuor modi. Quamlibet enim partem propositionis assumpseris sive precedentem sive etiam consequentem, sive negativo modo sive affirmativo, faciet sillogismum. Nam si hec propositio sit: Si non est a est b, sive si non sit a erit b, sive sit a non erit b, sive non sit b erit a, sive sit b non erit a. In propositione quoque disiunctiva idem est. Nam cum dicitur: aut est a aut est b, si quidem a fuerit b non erit. Quod si a non fuerit b erit, et si b non erit a. Id quoque tali declaratur exemplo. Nam si sit propositio: aut est eger aut est sanus, quicquid horum in assumptione assumptum fuerit vel negatum, altera pars vel affirmabitur vel negabitur hoc modo. Nam si sanus est non est eger. Si non est sanus est eger. Si non est eger est sanus. Si est eger non est sanus. Item ea propositio disiuncta que proponit: aut non est a aut non est b, fit quidem de his que quolibet modo simul esse non possunt, etiam si non alterum eorum esse necesse sit. Similisque est ei propositioni conexe per quam ita proponitur: Si est a non est b. Que enim sic enuntiatur: aut non est a aut non est b, id nimirum fatetur quod si a sit b esse non possit. Id ita probabitur. Cum enim proponitur hoc modo: aut non est a aut non est b, tunc si assumatur esse a non erit b. Quocirca ei propositioni conexe similis est que ita enuntiat: Si sit a non esse b. In hac vero propositione due tantum complexiones sillogismos creabant. Nam si esset a non erit b, et si esset b non erat a. Sive enim non esset a non necesse erat esse vel non esse b; sive non esset b non necesse erat esse vel non esse a. Quocirca in dis-

[illegible] eosdem sillogismos et necesse est. eosdem collectibiles complexiones. Nam cum ita proponitur: Aut non est .a. aut non est .b. ita dicitur Si sit .a. non erit .b. et si sit .b. non erit .a. Siue autem non sit .a. non necesse erit esse uel non esse .b. Siue non sit .b. non necesse erit esse uel non esse .a. Velut nihil apparet exemplis. Si enim dicat quis. Aut non est album. aut non est nigrum. Si assumat. Atqui est albus non erit niger. ut rursus. Atqui est niger non erit albus. Siue autem album non esse assumpserit non necesse erit esse uel non esse nigrum. Siue nigrum non esse assumpserit. ut sit uel non sit albus nullam faciet necessitatem.

[illegible] ea propositio per quam ita proponitur. Aut est .a. aut non est .b. dicitur quidem de sibimet adherentibus proponiturque in his propositionibus que a maioribus ad minora tendunt. Similisque est ei propositioni conexe que enuntiat. Si non est .a. non est .b. Nam qui dicit aut est .a. aut non est .b. Si assumat. Atqui non est .a. modis omnibus non erit .b. Si ergo non sit .a. erit .b. Id enim hec disiunctio prohibebat. In hac uero siquidem .a. negaretur uel confirmaretur .b. fiebat aliquis sillogismus. Siue autem .a. affirmaretur. siue .b. negaretur. nulla erit in conclusione necessitas. Idem prouenit in disiunctas. Nam cum proponitur. Aut est .a. aut non est .b. Si quidem non sit .a. non erit .b. Si uero sit .b. erit .a. Quod si sit .a. uel non sit .b. nichil est necessarium. Id uero in his terminis approbatur. Si quis ita proponat. Aut est animal. aut non est homo. Si non sit animal non erit homo. Si homo sit animal est. Siue autem sit animal non necesse est esse hominem. Siue homo non sit non necesse est animal interire. Ea uero propositio que dicit. Aut non est .a. aut est .b. in his que sibi adherent proponi potest et a minoribus ad maiora contendit. Sed est similis ei propositioni conexe que dicit Si est .a. est .b. Nam cum quis ita enuntiat Si quidem assumat esse .a. statim consequitur ut sit .b. Sed in hac propositione siquidem affirmaretur esse .a. sequitur ut esset .b. Quod si negaretur .b. sequebatur ut non esset .a. Siue autem negaretur .a. siue affirmaretur .b. nichil necessarium uidebatur accidere. Et in ea propositione disiuncta que dicit. Aut non est. aut est .b.

siquidem fuerit .a. erit .b. si non fuerit .b. non erit .a. Siue autem non sit .a. siue sit .b. nulla necessitas [illegible] sillogismi. Vt in hoc declaratur exemplo. Aut non est homo. aut est animal. Si igitur assumamus. Atqui est homo erit animal. Siue negemus esse animal non erit homo. Si autem hominem negemus uel animal affirmemus nichil necessarium [illegible]. Quo circa ex his que superius dicta sunt declaratur quod disiunctarum propositionum sillogismi sint ex quibus [illegible] que conexe sunt differentias [illegible]. Que enim conexe sunt quandam in eo quod est esse uel non esse consequentiam monstrant. Que uero secundum disiunctionem proponuntur ita sunt ut sibimet consentire non possint. Inuenias uero per conexionem propositiones que id intelligi uolunt. Vt ea nequeant separari. Vt cum ita proponimus. Si est .a. est .b. Id nimirum hec propositio intelligit quod si esse poterit .a. statim consequatur ut sit etiam .b. Nulla uero earum que in disiunctione sunt ita proponuntur. ut simul esse uideantur. Cum enim dicimus. Aut est .a. aut est .b. easdem propositiones quolibet alio modo [illegible]. [illegible] que disiunctiua ponitur seruat simul eas esse non posse. Vt enim late earum pateat differentia. [illegible] sillogismos totidem fieri dicebamus in his propositionibus que per disiunctionem fierent quot etiam fuerant in conexis. Et quoniam de omnibus quod quo quomodo possent fieri hypotetici sillogismi sufficienter dictum est hic operis longitudinem terminemus.

AIORES NOS
[illegible]
INGRESSOS
C AI. TREBATI
& his libris
quos breui
tempore mul
tos edidimus
satis digniores: ecursu ipso reuocauit uolun
tas tua; Cum enim mecum intusculano esses.
& in bibliotheca separatim uterque nostrum ad su
um studium libellos quos uellet euolueret:
incidisti in aristotelis topica quedam. que
sunt ab illo pluribus libris explicata. Qua
inscriptione commotus: continuo a me
librorum eorum sententiam requisisti.
Quam cum tibi exposuissem. disciplinam
inueniendorum argumentorum ut sine
ullo errore. ad eam rationem uia perueni
remus ab aristotele inuenta. illis libris
contineri: uerecunde tu quidem omnia.
sed tamen facile ut cernerem te ardere
studio mecum ut tibi illa traderem
egisti. Cum autem ego te non tam fugi
uitandi laboris mei. quam quia tua id
interesse arbitrarer. uel ut eos per te ipse
legeres. uel ut totam rationem a doctissi
mo quodam rethore acciperes. hortatus
essem: utrumque ut ex te audiebam es ex
pertus. Sed a libris: obscuritas te reiecit.
Rethor autem ille magnus ut opinor
aristotelica: se ignorare respondit. Quod
quidem minime sum admiratus. eum
phylosophum rethori non esse cognitum:
qui ab ipsis phylosophis preter admodum
paucos ignoretur. Quibus eo minus ignos
cendum est. quod non modo rebus his que
ab illo dicte & inuente sunt allici debu
erunt: sed dicendi quoque incredibili
quadam cum copia. tum etiam suauita
te. Non potui igitur tibi sepius hoc ro
ganti. & tamen uerenti ne michi grauis
esses. facile enim id cernebam debere diu
tius. ne ipsi iuris interpreti fieri uideretur

iniuria. Etenim cum tu michi meisque
multa sepe scripsisses: ueritus sum nisi ego
grauarer. aut ingratum id. aut superbum
uideretur. Sed dum fuimus una. tu opti
mus testis es quam fuerim occupatus. Ut
autem a te discessi in greciam proficiscens: cum
opera mea nec res publica. nec amici ute
rentur. nec honeste inter arma uersari pos
sem nisi tuto quidem id michi liceret: ut
ueni. uel iam te atque tuos uidi ammonitus
huius eris alieni: nolui deesse ne tacite qui
dem flagitationi tue. Itaque hec cum mecum
libros non haberem. memoria repetita in
ipsa nauigatione conscripsi. tibique ex itine
re misi: ut mea diligentia mandatorum
tuorum. te quoque & si ammonitore non
egeres. ad memoriam nostrarum rerum exci
tarem. Sed iam tempus est: ad id quod
instituimus accedere.

um omnis diligens ratio
differendi duas habet par
tes. unam inueniendi. al
teram iudicandi: utriusque
princeps ut michi uidetur quidem aristo
teles fuit. Stoyci autem: in altera elabo
rauerunt. Iudicandi enim uias: diligenter
persecuti sunt. Eam scientiam quam dialecti
cam appellant. Inueniendi artem que tho
pice dicitur que ad usum potior erat. &
ordine nature certe prior: totam reli
querunt. Nos autem quoniam in utraque summa
utilitas est. & utramque si erit ocium persequi co
gitamus: ab ea que prima est ordiemur. Ut
igitur earum rerum que absondite sunt.
demonstrato. & notato loco facilis inuen
tio est: sic cum peruestigare argumentum
uolumus. locos nosse debemus. Sic enim
appellate ab aristotele sunt hee. quasi sedes.
e quibus argumenta promuntur. Itaque licet
diffinire: locum esse argumenti sedem. Argu
mentum autem rationem: que rei dubie
faciat fidem. Sed ex his locis in quibus ar
gumenta inclusa sunt: alii in eo ipso de quo
agitur herent. Alii assumuntur extrinse
cus. In ipso: tum ex toto. tum ex partibus eius

tum ex nota. tum ex his reb; que quodam
modo affecte sunt ad id de quo queritur.
Extrinsecus autem ea dicuntur: que ab-
sunt. longeq; disiuncta sunt. Sed ad id
totum de quo disseritur adhibetur: quo
quasi inuolutum euoluitur id de quo que-
ritur. Eius argumenti: talis est formula.
Ius ciuile est equitas constituta his qui eius-
dem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas.
Eius autem equitatis utilis cognitio e. Uti-
lis ergo est: iuris ciuilis scientia. Tum partiu
enumeratio: que tractatur hoc modo. Si neq;
censu. neq; uindicta. neq; testamento liber fact'
est: non est liber. Neq; ulla e. earum rerum.
Non est igitur liber. Tum notatio: cum ex
ui uerbi argumentum aliquod elicitur
hoc modo. Cum lex helia sanctia. assiduo
uindicem assiduum ee iubeat: locupletem
iubet locupleti. Locuples e assiduus ut ait
helius. appellando ab aere dando. Du-
cuntur etiam argumenta ex his rebus que
quodam modo affecte sunt ad id de quo que-
ritur. Sed hoc genus: in plures partes distri-
butum est. Nam alia coniugata appellam'
alia ex genere. alia ex forma. alia ex similitu-
dine. alia ex differentia. alia ex contrario.
alia ex coniunctis. alia ex antecedentib;. alia
ex consequentib;. alia ex repugnantib;. alia
ex causis. alia ex effectis. alia ex comparatio-
ne maiorum. aut parium aut minorum.
Coniugata dicuntur: que sunt ex uerbis
generis eiusdem. Eiusdem autem generis
uerba sunt: que orta ab uno uarie commu-
tantur. ut sapiens. sapienter sapientia.
Hec uerborum coniugatio: cyнzyгya dicit'.
Ex qua: huiusmodi est argumentum. Si
compascuus ager est: ius est compascere.
A genere: sic ducitur. Quoniam argentum omne
mulieri legatum est: non potest ea pecunia
que numerata domi relicta e. non esse lega-
ta. forma enim a genere quod ad suum nom'
retinet: nunquam seiungitur. Numerata
autem pecunia: nomen argenti retinet
Legata igitur uidetur. A forma generis
quam interdum quo planius accipiatur
partem licet nominare: hoc modo. Sed
ita fabie pecunia legata est a uiro: si ei

uiro mater familias eet. Si ea in manum non
conuenerat: nichil debetur. Genus enim est
uxor. Eius: due forme. Una matrum familias:
he sunt que in manum conuenerunt. Altera
earum: que tantummodo uxores habent'.
Qua in parte cum fuerit fabia: legatum ei
non uidetur. A similitudine: hoc modo. Si
aedes ee corruerunt uitium ue fecerunt:
quarum usus fructus legatus est: heres res-
tituere non debet. nec reficere. non magis
quam seruum restituere. si is cuius usus fruc-
tus legatus eet. deperisset. A differentia.
Non si uxori uir legauit argentum omne
quod suum eet. iccirco que in nominibus
fuerunt legata sunt. Multum enim dif-
fert. in archa ne positum sit argentum. an
in tabulis debeatur. Ex contrario autem:
sic. Non debet ea mulier. cui uir bonorum
suorum usum fructum legauit. cellis uina-
riis et olearis plenis relictis putare id ad se
pertinere. Usus enim non abusus: legatus est.
Ea sunt inter se contraria. Ab adiunctis.
Si ea mulier testamentum fecit que se ca-
pite nunquam diminuit: non uidetur
ex edicto popli romani. secundum eas tabulas
possessio dari. Adiungitur enim ut secundum
seruorum. secundum exulum. secundum puerulorum
tabulas: possessio uideatur ex edicto dari.
Ab antecedentib; autem et consequentib;
et repugnantib;: hoc modo. Ab antecedenti-
bus. Si uiri culpa factum sit diuortium.
et si mulier nuntium remisit: tamen pro
liberis manere nichil oportet. A consequen-
tib;. Si mulier cum fuisset nupta cum eo.
qui cum conubium non eet nuntium re-
misit. quoniam qui nati sunt patrem non sequun-
tur: pro liberis manere nichil oportet. A re-
pugnantib;. Si pater familias uxori ancillarum
usum fructum legauit a filio. neq; a secundo
herede legauit: mortuo filio. mulier usum
fructum non amittet. Quod enim semel testa-
mento alicui datum e. id ab eo inuito cui
datum est. auferri non potest. Pugnat enim
recte accipe: et inuitum reddere. Ab effici-
entib; reb; hoc modo. Omnib; est ius parietem
directum ad parietem communem adiun-
gere: uel solidum uel fornicatum. At si qs

in pariete communi demoliendo dampni
infecti promiserit: non debebit prestare
quod forte uitii fecerit. quia non demoli-
entis uitio parietis qui demolitus est damp-
num factum est. sed eius operis uitio quod ita
edificatum est ut suspendi non posset. ¶ Ab
effectis rebus hoc modo. Cum mulier uiro in
manum conuenit: omnia que mulieris fue-
runt uiri fiunt dotis nomine. ¶ Ex compa-
ratione autem omnia ualent que sunt huius
modi. Quod in re maiore ualet: ualeat
in minore. Ut si in urbe fines non regantur:
nec aqua in urbe arceatur. Item econtra.
Quod in minore ualet: ualeat in maiore.
Licet idem exemplum conuertere. Item
quod in re pari ualet: ualeat in hac que
par est. Ut quoniam usus auctoritas fundi bi-
ennium est: sit etiam edium. At in lege
edes non appellantur. et sunt ceterarum
omnium quarum annuus est usus. Va-
leat equitas que paribus in causis paria
iura desiderat. ¶ Que assumuntur extri-
insecus: ea maxime ex auctoritate ducun-
tur. ¶ Itaque greci tales argumentationes
atechnoe uocant id est artis expertes. ¶ Ut
si ita respondeas. quoniam publius scevola
id solum esse ambitus edium dixerit quod
parietis communis tegendi causa tecti
procideretur. ex quo in tectum eius edis qui
protegisset aqua defluerit: id tibi ius ui-
deri. ¶ His igitur locis qui sunt expositi
ad omne argumentum tanquam elementis
quibusdam significatio et demonstratio
ad reperiendum datur. Utrum igitur sa-
tis est: tibi quidem tam acuto et tam
occupato puto. Sed quoniam auidum homi-
nem ad has discendi epulas recepi: sic ac-
cipiam ut reliquiarum sit potius aliquid
quam te hinc patiar non satiatum dis-
cedere. ¶ Quando ergo unusquisque eorum
locorum quos exposui sua quedam ha-
bet membra ea quam subtilissime perse-
quantur. Et primum de ipsa diffinitione
dicatur.

Diffinitio est oratio que id quod
diffinitur explicat quid sit. ¶ Dif-
finitionum autem duo genera

prima sunt. unum earum rerum que sunt
alterum earum que intelliguntur. Esse ea
dico: que cerni tangique possunt. Ut fundum
edes parietem stillicidium. mancipium. pecu-
dem. supellectilem. penus et cetera. Quo ex
genere: quedam interdum nobis diffinien-
da sunt. Earum autem rerum que non
sunt. non esse rursus ea dico: que tangi de-
monstrariue non possunt. cerni tamen ani-
mo atque intelligi possunt. Ut si usus capio-
nem si tutelam. si gentem diffinias. Qua-
rum rerum nullum subest quasi corpus
est tamen quedam conformatio insignita
et impressa intelligentia quam notionem
uoco. Ea sepe in argumentando diffiniti-
one explicanda est. ¶ Atque etiam diffiniti-
ones alie sunt particionum: alie diuisio-
num. Particionum: cum res ea que propo-
sita est quasi in membra discerpitur. Ut si quis
ius ciuile dicat id esse quod in legibus senatus
consultis. rebus iudicatis iuris peritorum aucto-
ritate edictis magistratuum. more equi-
tate consistat. Diuisionum autem diffini-
tio: formas omnis complectitur. que sub eo
genere sunt. quod diffinitur hoc modo.
Abalienatio est eius rei que mancipi est:
aut tradicio alteri nexu aut in iure cessio
inter quos ea iure ciuili fieri possunt. ¶ Est
etiam alia genera diffinitionum sed ad
huius libri institutum illa nichil pertinent.
Tantum est dicendum: quid sit diffinitionis
modus. ¶ Sic igitur ueteres precipiunt. cum sum-
pseris ea. que sint ei rei quam diffinire uelis
cum aliis communia: usque eo persequi dum
proprium efficiatur quod nullam in aliam rem
transferri possit. Ut hec. Hereditas est pecu-
nia. Commune adhuc. multa enim genera
pecunie. Adde quod sequitur. Que mor-
te alicuius ad quempiam peruenit. Nondum est
diffinitio. Multis enim modis sine heredita-
te teneri pecunie mortuorum possunt.
Unum adde uerbum: iure. Iam a commu-
nione res disiuncta uidebitur. Ut sic expli-
cata diffinitio sit. Hereditas est pecunia
que morte alicuius ad quempiam peruenit
iure. Nondum est satis. Adde nec ea aut
legata testamento: aut possessione reten-

-ta. Confectum ē. Itemq; ut illud. Gentiles sunt
inter se. qui eodem nomine sunt. Non est sa-
tis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id qui-
dem satis est. Quorum maiorum nemo servi-
tute servivit. Abest etiam nunc. Qui capite
non sunt diminuti. Hoc fortasse satis est. Ni-
chil enim video scevolam pontificem ad hanc
diffinitionem addidisse. Atq; hec ratio uta-
trumq; genere diffinitionum valet. Sive
id quod ē. sive id quod intelligitur diffinien-
dum ē. Particionum autem et divisionū
genus quale ēēt ostendimus. sed quid inter
se differat planius dicendum ē. In particio-
ne quasi membra sunt ut corporis: caput
humeri. manus. latera. crura pedes. & cetera.
In divisione: forme quas greci ΥΔΕΑC vocant.
Nrī si qui hec forte tractant: species appellant.
Non pessime id quidem. sed inutiliter ad mu-
tandos casus in dicendo. Nolim enim nisi
latine quidem dici possit specierum et spe-
ciebus dicere. Et sepe his casibus utendum ē.
At formis et formarum velim. cum utroq;
verbo idem significetur: commoditatē in
dicendo non arbitror neglegendam. Genꝰ
& formam diffiniunt hoc modo. Genus
ē notio: ad plures differentias pertinens. For-
ma ē. notio: cuiꝰ differentia ad caput ge-
neris & quasi fontem referri potest. Notio-
nem appello. quod greci ЕННОYАН. tum p-
lempsin. dicunt. Ea est insita & ante pre-
cepta cuiusq; forme cognitio. enodationis
indigens. Forme igitur sunt hee. in quas
genus sine ullius pretermissione dividitur.
Ut si quis ius in legem morem equitatem:
dividat. Formas qui putat idem ēē. quod
partes. confundit artem. Et similitudine
quadam conturbatus: non satis acute que
sunt secernenda distinguit. Sepe etiam
diffiniunt & oratores & poete per translati-
onem verbi ex similitudine: cum aliqua
suavitate. Sed ego a tuis exemplis. nisi ne-
cessario. non recedam. Solebat igitur Aqui-
lius collega et familiaris meus cum de li-
toribus ageretur. quē omnia publica ēē vul-
tis querentibus. quia ad id pertinebat. quid
ēēt litus. ita diffinire. qua fluctus eluderet.
Hoc ē quasi qui adolescentiam florem etatis

senectutem occasum vite: velit diffinire.
Translatione enim utens: discedebat a verbis
propriis rerum rerum ac suis. Quod ad diffini-
tiones attinet. hactenus. Reliqua videamus.
Particione sic utendum ē: nullam ut partē
relinquas. ut si partes tutelarum velis persequi: inepte
et facias. si ullam pretermittas. At stipula-
tionum. aut iudiciorum formulas partiare:
non est vitiosum inre infinita pretermitte-
re aliquid. Quod in divisione: idem vitiosū
ē. Formarum enim certus est numerus. que
cuiq; generi subiciantur. Partium distri-
butio. sepe est infinitior. tanquam rivorū
a fonte deductio. Itaq; in oratoriis artibus
questionis genere proposito quot eius forme
sint subiungitur absolute. At cum de orna-
mentis verborum sententiarum ve pre-
cipitur que vocantur scemata: non sit idē.
Res est enim: infinitior. Ut ex hoc quoq; in-
telligatur: quod velimus inter partitionem
et divisionem interesse. Quanquam enī
vocabula idem valere pene videantur: ta-
men quia res differebant: nomina rerum
distare voluerunt. Multa etiam ex notati-
one sumuntur. Ea ē autem cum ex vi no-
minis argumentum elicitur quam greci
ethimologiā vocant. id ē. verbum ex verbo
veriloquium. Nos autem novitatem verbi
non satis apti fugientes: genus hoc notati-
onem appellamus. quia verba sunt rerū
note. Itaq; hoc idem aristotiles symbolon
appellat q̄d latine ē nota. Sed cum intelli-
gitur quid significetur: minus laborandū
ē de nomine. Multa igitur in disputando
notatione eliciuntur ex verbo: ut cum queri-
tur post liminium quid sit. non dico que
sint post liminii. Nam id caderet in divisio-
nem: que talis est. Post liminio redeunt hec.
homo. navis. mulus. clitellarius. equus. equa
que frena recipere solet. Sed cum ipsius post limi-
nii vis queritur: & verbum ipsum notatur
in quo servius nr̄. ut opinor nichil putat ēē
notandum nisi post & liminium illud pro-
ductionem ēē verbi vult. ut in finitimo legi-
timo edittimo non plus inēē timum: quam
in meditullio tullium. Scevola autem pu-
blii filius iunctum ēē. putat verbum. ut

sit meo. et post limen ut que a nobis alie
nata cum ad hostem peruenerint et suo tanquam
limine exierint. hinc cum redierint post ad
idem limen: postliminio uideantur redisse.
Quo genere etiam mancini causa defendi po-
test: postliminio redisse. deditum non esse
quia non sit acceptus. Nam neque deditionem
neque dationem neque donationem: sine acceptione
intelligi posse. Sequitur is locus qui constat
ex his rebus que quodammodo affecte sunt ad id
de quo ambigitur. Quem modo dixi: in plu-
res partes distributum. Cuius primus locus
est ex coniugatione. quam sinzygiam uo-
cant. finitimus notationi de qua modo dic-
tum est. Ut si aquam pluuiam eam modo
intelligeremus quam imbri collectam uide-
remus. ueniret mucius qui quia iugata
uerba essent pluuia et pluendo diceret om-
nem aquam oportere arceri que pluen-
do creuisset. Cum autem a genere du-
citur argumentum non erit necesse id
usque a capite arcessere. Sepe etiam citra
licet dummodo supra sit quod sumitur:
quam id ad quod sumitur. Ut aqua plu-
uia ultimo genere ea est: que de celo ueni-
ens crescit imbri. Sed propiore loco. in quo
quasi ius arcendi continetur: genus est
aqua pluuia nocens. Eius generis forme:
loci uitio et manu nocens. Quorum alterum
iubetur ab arbitro coherceri alterum non
iubetur. Commode etiam tractatur hec
argumentatio que ex genere sumitur: cum
ex toto partes persequare hoc modo. Si dolus
est cum aliud agitur. aliud simulatur:
enumerare licet quibus id modis fiat. Dein-
de in eorum aliquem id quod arguas dolo
malo factum includere. Quod genus argu-
menti: inprimis firmum uideri solet. Simi-
litudo sequitur que late patet: sed orato-
ribus et phylosophis magis quam uobis. Et
si enim omnes loci sunt omnium disputatio-
num ad argumenta suppeditanda: tamen
aliis disputationibus habundantius occur-
runt. aliis angustius. Itaque genera tibi
nota sint. Ubi autem his utare: questio-
nes ipse te ammonebunt. Sunt enim simi-
litudines que ex pluribus collocationibus

perueniunt quo uolunt: hoc modo. Si tutor
fidem prestare debet. si socius. si cui manda-
ueris. si qui fiduciam acceperit: debet etiam
procurator. Hec ex pluribus collationibus per-
ueniens quo uult: appellatur inductio. quam
greci paragogen nominant qua plurima
est usus in sermonibus socrates. Alterum simi-
litudinis genus collatione sumitur. cum
una res uni. par pari. comparatur hoc mo-
do. Quemadmodum fines. qui magis agrorum
uidentur esse quam urbis. Si in urbe de fini-
bus controuersia est: a finibus regendis adige-
re arbitrum non possis. Et ex eodem similitudi-
nis loco sic: Si aqua pluuia in urbe nocet
quoniam res tota magis agrorum est: aque plu-
uie arcende adigere arbitrum non possis.
Ex eodem similitudinis loco etiam exempla
sumuntur: ut crassus in causa curiana exem-
plis plurimis usus est. Qui testamento sic here-
dem instituisset. ut si filius natus esset in de-
cem mensibus. isque moreretur priusquam in
suam tutelam uenisset: hereditatem obti-
nuisset. Que commemoratio ualuit exem-
plorum. eaque uos in respondendo uti multum
soletis. Ficta etiam exempla similitudinis
habent uim: sed ea oratoria magis sunt
quam uestra. Quamquam uti etiam uos so-
letis: sed hoc modo. Finge mancipio aliquem
dedisse id quod mancipio dari non potest.
Num idcirco id eius factum est qui accepit. aut
num is qui mancipio dedit ob eam rem se ul-
la re obligauit: In hoc genere oratoribus et phy-
losophis concessum est. ut muta etiam loquan-
tur. mortui ut ab inferis excitentur. ut aliquid
quod fieri nullo modo possit. augende rei gratia
dicatur. aut minuende que yperbole dicitur:
et multa mirabilia alia. Sed latior est campus
illorum. Eisdem tamen ex locis ut ante dixi.
et maximis et minimis questionibus argumen-
ta ducuntur. Sequitur similitudinem diffe-
rentia. rei maxime contraria superiori. Sed est
eiusdem dissimile et simile inuenire. Eius ge-
neris sunt hec. Non quemadmodum quod mu-
lieri debeas recte ipsi mulieri sine tutore auc-
tore soluas: ita quod pupillo aut pupille de-
beas recte possis eodem modo soluere. Dein-
ceps locus est: qui a contrario ducitur. Contra-

trariorum autem genera plura. Unum eorum
que in eodem genere plurimum differunt
ut sapientia stultitia. Eodem autem genere
dicuntur: quibus propositis occurrunt tamquam
e regione quedam contraria. ut celeritati tar-
ditas. non debilitas. Ex quibus contrariis ar-
gumenta talia existunt. Si stultitiam fugi-
mus: sapientiam sequamur. Et bonitatem
si malitiam. Hec que ex eodem genere con-
traria sunt: appellantur adversa. Sunt enim
alia contraria que privantia licet appelle-
mus latine: greci appellant steretica. Pre-
positio enim. in. privat verbum ea vi
quam haberet. si in. prepositum non fuis-
set. dignitas. indignitas. humanitas inhu-
manitas. et cetera generis eiusdem. quorum
tractatio est eadem. que superiorum que adver-
sa dixi. Nam alia quoque sunt contrario-
rum genera. vel ea que cum aliquo confe-
runtur: ut duplum simplum. multa pau-
ca. longum breve. maius minus. Sunt
etiam illa valde contraria. que appellan-
tur negantia. ea apophatica greci con-
traria aientibus. Si hoc est illud non est.
Quid enim opus exemplo est: tantum
intelligatur: in argumento querendo. con-
trariis omnibus contraria convenire. Ab ad-
iunctis autem posui equidem exemplum
paulo ante. multa adiungi que suscipienda
essent: si statuissemus ex edicto secundum eas ta-
bulas. possessionem dari. quas is instituisset
cui testamenti factio nulla esset. Sed locus
hic magis ad coniecturales causas que ver-
santur in iudiciis valet: cum queritur quid
aut sit. aut evenerit. aut futurum sit.
aut quid omnino fieri possit. Ac loci qui-
dem ipsius: forma talis est. Ammonet autem
hic locus: ut queratur quid ante rem. quid
cum re. quid post rem evenerit. Nichil
hoc ad ius. ad ciceronem inquiebat gallus
noster si quid ad eum quis tale retulerit. ut
de facto quereretur. Tu tamen patere nul-
lum ante artis institute locum preteriri
ne si nichil nisi quod ad te pertineat scriben-
dum putabis. nimium te amare videare.
Est igitur magna ex parte locus hic oratorum
non modo non iuris consultorum. sed ne

philosophorum quidem. Ante rem enim que-
runtur: que talia sunt. Apparatus. colloquia
locus. constitutum convivium. Cum re autem:
pedum strepitus. strepitus hominum. corpo-
rum umbre. si quid eiusmodi. At post rem: ru-
bor pallor. titubatio. si qua alia signa contur-
bationis. et conscientie. Preterea restinctus
ignis. gladius cruentus ceteraque que suspici-
onem facti possunt movere. Deinceps est
locus dialecticorum proprius. ex consequentibus
et antecedentibus. et repugnantibus. Nam con-
iuncta de quibus paulo ante dictum est: non
semper eveniunt. Consequentia autem: semper.
Ea enim dico consequentia: que rem necessa-
rio consequuntur. Itemque et antecedentia:
et repugnantia. Quicquid enim sequitur
quamque rem: id coheret cum re necessario. et quicquid
repugnat. id eius modi est ut coherere num-
quam possit. Cum tripertito igitur distri-
buatur locus hic in consecutionem. antecces-
sionem. repugnantiam: reperiendi argumen-
ti locus est simplex tractandi triplex. Nam
quid interest. cum hoc sumpseris pecuniam
numeratam mulieri deberi. cum sit argen-
tum omne legatum: utrum hoc modo con-
cludas argumentum. Si pecunia signata
argentum est: legata est mulieri. Est autem
pecunia signata argentum. Legata igitur
est. An illo modo. Si numerata pecunia non est
legata. non est numerata pecunia argen-
tum. Est autem numerata pecunia ar-
gentum. Legata igitur est. An illo modo. Non et
legatum argentum est. et non est legata nume-
rata pecunia. Legatum argentum est. Lega-
ta igitur numerata pecunia est. Appellant
autem dialectici eam conclusionem argumen-
ti. in qua cum primum assumpseris. conse-
quitur id quod annexum est: primum
conclusionis modum. Cum id quod annexum
est negaris. ut id quoque cui fuerit annexum
negandum sit: secundus is appellatur modus con-
cludendi. Cum autem aliqua coniuncta
negaris. et ex his unum. aut plura sumpse-
ris. ut quod relinquitur tollendum sit:
is tertius appellatur conclusionis modus.
Ex hoc illa rhetorum ex contrariis conclusa.
que ipsi enthimemata appellant. non quod

non omnis inventio proprio nomine emptime
ma dicatur. sed ut homerus propter excellentiam
commune poetarum nomen efficit apud gre
cos suum: sic cum omnis sententia emptime
ma dicatur: quia videtur ea que ex contrariis
conficiatur acutissima: sola proprie nomen com
mune possedit. Cuius generis hec sunt. Hunc
metuere? Alterum metuere non ponere? Eam
quam nichil accusas. dampnas? Bene quam
meritam esse estimas male mereri? Id quod
scis prodest. nichil id quod nescis obest? Hoc dis
serendi genus attingit omnino vestras quoque
in respondendo disputationes. Sed phylloso
phorum magis quibus est cum oratoribus illa
ex repugnantibus sententiis communis conclu
sio. que a dialecticis tercius modus a rethoribus
emptimema nuncupatur. Reliqui dialec
ticorum modi plures sunt: qui ex disiuncti
onibus constant. Aut hoc aut illud. Hoc
autem: non igitur illud. Itemque aut hoc:
aut illud. Non autem hoc: illud igitur.
Que conclusiones iccirco rate sunt: quod
in disiunctione plus uno verum esse non po
test. Atque ex his conclusionibus quas supra
[illegible]
a dialecticis modus appellatur. Deinde ad
dunt coniunctionum negationem: sic. Non
et hoc et illud. Hoc autem: non illud igitur.
Hic modus est sextus. Septimus autem
non et hoc et illud. Non autem hoc: illud
igitur. Ex his modis conclusiones innume
rabiles nascuntur. In quo est fere tota dia
lectica. Sed ne hec quidem quas exposui: ad
hanc institutionem necessarie. Proximus
est locus rerum efficientium que cause
appellantur. Deinde rerum effectarum
ab efficientibus causis. Harum exempla ut
[illegible] paulo ante posui. &
quidem ex iure civili. Sed hec patent latius.
Causarum enim genera duo sunt. Unum
quod vi sua id quod sub eam vim subiectum
est: certe efficit. Ut ignis accendit. Alterum
quod naturam efficiendi habet. & sine quo
effici non possit. Ut siquis es causam statue
velit dicere: quod sine eo non possit effici.
Huius generis causarum sine quo non effi
citur: alia sunt quieta nichil agentia sto-
lida quodam modo. ut locus tempus ma
teria. ferramentum. & cetera generis eius
dem. Alia autem precursionem quandam
adhibent ad efficiendum: & quedam affe
runt per se adiuvantia & si non necessaria ut
amori congressio causam attulerit: amor fla
gitio. Ex hoc genere causarum ex hac eternitate
pendentium: fatum a stoicis nectitur. Atque
ut earum causarum sine quibus effici non
potest genera divisi: sic etiam efficientium di
vidi possunt. Sunt enim alie cause que pla
ne efficiant. nulla re adiuvante. Alie que
adiuvari velint: ut sapientia efficit sapien
tes sola per se. beatos efficiat necne sola per se:
questio est. Quare cum in disputationem in
ciderit causa efficiens aliquid necessario. sine
dubitatione licebit quod efficitur ab ea
causa concludere. Cum autem erit talis cau
sa ut in ea non sit efficiendi necessitas: neces
saria conclusio non sequitur. Atque illud qui
dem genus causarum quod habet vim effici
endi necessariam: errorem afferre non fere
solet. Hoc autem sine quo non efficitur sepe
conturbat. Non autem si sine parentibus filii
esse non possunt: propterea causa fuit in parenti
bus gignendi necessaria. Hoc igitur sine quo
non fit: ab eo in quo certe fit diligenter est
separandum. Illud enim est tanquam in
nemore pelio. securibus [illegible] abiegna
ad terram trabes: ergo illa facta non esset. Nec
tamen fuit in his trabibus efficiendi vis ne
cessaria. At cum in aiacis navim crispi sul
cus igneum fulmen iniectum fuisset: inflam
matur navis necessario. Atque etiam est cau
sarum dissimilitudo. quod alie sunt. ut si
ne ulla appetitione animi. sine voluntate
sine opinione. suum quasi opus efficiant:
velut omne intereat quod ortum sit. Alie
autem. aut voluntate efficiuntur. aut pertur
batione animi. aut habitu. aut natura
aut arte. aut casu. Voluntate: ut tu cum
hunc libellum legis. Perturbatione: ut
siquis eventum horum temporum timeat.
Habitu: ut qui facile & cito irascitur. Na
tura: ut vicium in dies crescat. Arte ut
bene pingat. Casu: ut prospere naviget.
Nichil horum sine causa. nec quicquam

ennuntio. sed huiusmodi cause non necessarie. Omnium autem causarum in aliis inest constantia, in aliis non inest. In natura et in mundo constantia est. In ceteris nulla. Sed tamen earum causarum que non sunt constantes: alie sunt perspicue alie latent. Perspicue sunt que appetitionem animi iudiciumque tangunt. Latent: que subiecte sunt fortune. Cum enim nichil sine causa fiat: hoc ipsum est fortune eventus obscura causa et latenter efficitur. etiam ut ea que fiunt partim sint ignorata partim voluntaria. Ignorata: que necessitate effecta sunt. Voluntaria: que consilio. Que autem fortuna: vel ignorata vel voluntaria. Nam iacere telum: voluntatis est. ferire quem nolueris: fortune. Ex quo aries ille subicitur in vestris actionibus. Si telum manu fugit magisque iecit. Cadunt enim in ignorationem atque imprudentiam. Perturbationes animi quamquam sint voluntarie: obiurgatione et admonitione enim deiciuntur: tamen habent tantos motus ut ea que voluntaria sunt. aut necessaria interdum aut certe ignorata esse videantur. Toto igitur loco causarum explicato: et earum differentia in magnis quidem causis vel oratorum vel phylosophorum magna argumentorum suppetit copia. In vestris autem si non uberior: aut fortasse subtilior. Privata enim iudicia maximarum quidem rerum: in iuris consultorum michi videntur esse prudentia. Nam et adsunt multum et adhibentur in consilia. Et patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus: hastas ministrant. In omnibus his iudiciis igitur in quibus ex fide bona est additum primus causarum usus est: ut inter bonos bene agier oportet. In primisque in arbitrio rei uxorie in quo est quod melius equius: parati esse debent. Illi dolum malum. Illi bonam fidem. Illi equum bonum. Illi: quid socius socio. quid eum qui negocia aliena curasset. ei cuius ea negocia fuissent. Quid eum qui mandasset. eum cui mandatum esset alterum alteri prestare oporteret. Quid virum uxori. Quid uxorem viro: tradiderunt. Licebit

igitur diligenter cognitis argumentorum locis non modo oratoribus et phylosophis. sed iuris etiam peritis copiose de consultationibus suis disputare. Coniunctus huic causarum loco ille locus est qui efficitur a causis. Ut enim causa effectum indicat. sic quod effectum est: que fuerit causa demonstrat. Hic locus suppeditare solet oratoribus et poetis sepe etiam phylosophis. sed his qui ornate et copiose loqui possunt: mirabilem copiam dicendi. cum denuntiant. quid ex qua re sit futurum. Causarum enim cognitio: cognitionem eventorum facit. Reliquus est comparationis locus. cuius genus et exemplum supra positum est. ut ceterorum. Nunc explicanda tractatio est. Comparantur igitur nomina ea que aut maiora. aut minora aut paria dicuntur. In quibus spectantur hec. Numerus. Species. vis. Quedam etiam ad res aliquas vel attentio vel affectio. Numero: sic comparabuntur. Plura bona: paucioribus bonis anteponuntur. Pauciora mala: malis pluribus. Diuturniora bona: brevioribus. Longe et late pervagata: angustis. Ex quibus plura bona propagentur: queque plures imitentur et faciant. Specie autem comparantur. ut anteponantur que propter se expetenda sunt: hisque propter aliud. Et ut innata atque insita: assumptis et adventiciis. Integra: contaminatis. Iocunda: minus iocundis. Honesta: ipsis etiam utilibus. Proclivia: laboriosis. Necessaria: non necessariis. Sua: alienis. Rara: vulgaribus. Desiderabilia: his quibus facile carere possis. Perfecta: inchoatis. Tota: partibus. Ratione utentia: rationis expertibus. Voluntaria: necessariis. Animata: inanimatis. Naturalia: non naturalibus. Artificiosa: non artificiosis. Vis autem in comparatione: sic cernitur. Efficiens causa: gravior quam non efficiens. Que se ipsis contenta sunt: meliora quam que egent aliis. Que in nostra: quam que in aliorum potestate sunt. Stabilia: incertis. Que eripi non possunt: hisque possunt. Affectio autem ad res aliquas est huiusmodi. Principum commoda: maiora quam reliquorum. Itemque que iocundiora. que pluribus probata: que ab optimo quoque laudata. Atque ut hec

in comparatione meliora: sic deteriora quae his sunt contraria. Parium autem comparatio: nec elationem habet: nec summissa est. Est enim aequalis. Multa autem sunt quae aequalitate ipsa comparantur. Quae ita fere concluduntur. Si consilio iuvare cives et auxilio. aequa in laude ponendum est: pari gloria debent esse. duo qui consulunt. et duo qui defendunt. Et ita fit ei quod primum est. par id quod sequitur. Igitur perfecta est omnium argumentorum inveniendorum praeceptio. ut cum profectus sis a diffinitione. a particione. a notatione. a coniugatis. a genere. a formis. a similitudine. a differentia. a contrariis. ab adiunctis. a consequentibus. ab antecedentibus a repugnantibus. a causis. ab effectis. a comparatione minorum. maiorum. parium nulla praeter ea sedes argumenti quaerenda sit. Sed quoniam ita a principio divisimus ut eos locos diceremus in eo ipso de quo ambigeretur herere: de quibus satis est dictum. Alios extrinsecus assumi: de his pauca dicamus. Etsi ea nihil omnino ad vestras disputationes pertinent: sed tamen totam rem ut efficiamus quandoquidem coepimus. Neque enim tu is es quem nihil nisi ius civile delectet: quoniam haec ita ad te scribuntur. ut etiam in aliorum manus sint ventura: detur opera. ut quam plurimum his quos recta studia delectant prodesse possimus. Haec ergo argumentatio quae dicitur artis expers: in testimonio posita est. Testimonium autem nunc dicimus omne quod ab aliqua re externa sumitur: ad faciendam fidem. Persona autem non qualiscumque est: testimonii pondus habet. Ad faciendam enim fidem auctoritas quaeritur. Sed auctoritatem: aut natura. aut tempus affert. Naturae: auctoritas in virtute inest maxima. Ex tempore autem multa sunt: quae afferunt auctoritatem. ingenium opes aetas fortuna. ars. usus. necessitas. concursio etiam nonnumquam fortuitarum rerum. Nam et ingeniosos et opulentos. et aetatis spatio probatos dignos quibus credatur putant. Non recte fortasse. Sed vulgi opinio: mutari

vix potest. ad eamque omnia dirigunt. et qui iudicant et qui existimant. Qui enim rebus his quas dixi excellunt: ipsa virtute videntur excellere. Sed reliquis quoque rebus quas modo enumeravi. quamquam in his nulla species virtutis est: tamen interdum confirmatur fides si aut ars quaedam adhibetur. Magna enim vis est ad persuadendum scientiae: aut usus. Plerumque enim creditur his qui experti sunt. Facit etiam necessitas fidem. Quae tum a corporibus tum ab animis nascitur. Nam et verberibus. tormentis. igni fatigati quae dicunt: ea videtur veritas ipsa dicere. Et quae perturbationibus animi. dolore. cupiditate. iracundia metu quia necessitatis vim habent. afferunt auctoritatem ad fidem. Cuius generis etiam illa sunt. ex quibus nonnumquam verum invenitur pueritia. somnus. imprudentia. vinolentia. insania. Nam et parvi saepe indicaverunt aliquid quo pertineret ignari. et per somnum vinum insaniam. multa saepe facta sunt. Multi etiam in res odiosas imprudenter inciderunt. ut Staieno nuper accidit. qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus pariete interposito quibus patefactis. in iudiciumque prolatis. ille rei capitalis iure damnatus est. Huic simile quiddam de Lacedemonio Pausania accepimus. Concursio etiam fortuitorum talis est. ut si interventum est casu. Cum aut ageretur aliquid quod proferendum non esset. aut diceretur. In hoc genere etiam illa est in Palamede coniecta suspicionum proditionis multitudo. Ad genus refutare interdum veritas vix potest. Huius etiam est generis fama vulgi quoddam multitudinis testimonium.

[Q]uae autem virtute fidem faciunt ea bipertita sunt ex quibus alterum valet natura. alterum industria. Deorum enim virtus natura excellet. hominum autem industria. Divina fere haec sunt testimonia. primum orationis. Oracula enim ex eo ipso appellata sunt quod inest his deorum oratio. Deinde rerum in quibus insunt quasi quaedam opera divina. Primum ipse mundus eiusque omnis ordo. et ornatus. Deinceps aerii volatus avium atque cantus.

Deinde eiusdem aeris sonitus et ardores multarumque rerum in terra portenta atque etiam per exta inuenta presensio. A dormientibus quoque multa significata uisis quibus ex locis sumi interdum solent ad fidem faciendam testimonia deorum. In hominis uirtute opinio ualet plurimum. Opinio est autem non modo eos uirtutem habere qui habeant. sed eos etiam qui habere uideantur. Ita quoque quos ingenio quos studio. quos doctrina preditos uident quorumque uitam constantem et probatam. ut Catonis. Lelii. Scipionis. aliorumque plurium uidentur eis esse quales se ipsi uelint. Nec solum eos censent esse tales qui in honoribus populi reque publica uersantur. Sed et oratores et phylosophos. poetas et historicos. Ex quorum et dictis et scriptis sepe auctoritas petitur ad faciendam fidem. Expositis omnibus argumentandi locis illud primum intelligendum est: nec ullam esse disputationem in qua non aliquis locus incurrat. nec fere omnes locos incidere in omnem questionem et quibusdam questionibus alios quibusdam alios esse aptiores locos. Questionum duo sunt genera Alterum infinitum. alterum definitum. Definitum est quod ypothesim greci. nos causam. Infinitum quod thesim illi. nos propositum possumus nominare. Causa. certis personis. locis. temporibus. actionibus negociis cernitur. aut in omnibus. aut in plerisque eorum. Propositum autem in aliquo eorum. aut pluribus nec tamen in maximis. Itaque propositum pars est cause. sed omnis questio earum aliqua de re est quibus cause continentur. aut una. aut pluribus. aut nonnumquam omnibus. Questionum autem quacumque de re sint duo sunt genera. unum cognitionis. alterum actionis. Cognitionis sunt hee quarum est finis scientia. ut si queratur natura ne ius profectum sit? An ab aliqua quasi condicione hominum et pactione. Actionis autem huiusmodi exempla sunt. Sit ne sapientis ad rem publicam accedere. Cognitionis questiones tripertite sunt. cum aut sit. aut quid sit. aut quale sit queritur. Horum primum coniectura. Secunda diffinitione. tertia iuris et iniurie distinctione explicatur. Coniecture ratio in quattuor partes distributa est. Quarum una est cum queritur. Sit ne aliquid. altera unde ortum sit. Tertia. que id causa effecerit. Quarta in qua de inmutatione rei queritur. sit. nec ne sit. et quidnam sit honestum et quid equum. Re uera an hec tantum in opinione sint. Vnde autem sit ortum. Ut si queratur: Natura an doctrina possit effici uirtus. Causa autem efficiens sic. ut cum queratur quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatione sic. Possit ne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam. Cum autem quid sit queritur. notio explicanda est et proprietas. et diuisio. et partitio. hec enim sunt diffinitioni attributa. Additur etiam descriptio quam καραθηρα greci uocant. Notio sic queritur. Sit ne id equum quod ei qui plus potest utile est. Proprietas sic. In hominem ne solum cadat an etiam in beluas egritudo. Diuisio et eodem pacto partitio sic. Tria ne genera bonorum sint. Descriptio qualis sit auarus. qualis assentator. ceteraque eiusdem generis in quibus natura et uita describitur. Cum autem queritur quale quid sit. aut simpliciter queritur aut comparate. Simpliciter. expetenda ne sit gloria. Comparate. preponenda sit diuitiis gloria. Simplicium tria genera sunt. De expetendo. fugiendoque. de equo et iniquo. De honesto. et turpi. Comparationum autem duo. Vnum de eodem et altero Alterum de maiore et minore. De expetendo et fugiendo huiusmodi. Si expetende diuitie fugienda paupertas. De equo et iniquo. Equum ne sit ulcisci a quocumque iniuriam acceperis. De honesto et turpi. honestum ne sit pro patria mori. Ex altero autem genere quod erat bipertitum. Vnum de eodem et alio ut si queratur quid intersit. inter amicum et assentatorem. regemque et tirannum. Alterum de maiore et minore. ut si queratur. eloquentia ne pluris sit. an iuris ciuilis scientia. De cognitionis questionibus hactenus. Actionis relique sunt quarum duo genera sunt Vnum ad officium. alterum ad motum animi uel gignendum uel sedandum planeue tollendum. Ad officium sic. Si cum queritur

suscipiendi ne sint liberi. Admonendos animos. Cohortationes ad efferendam rem publicam ad gloriam. ad laudem. Quo ex genere sunt. que tele. incitationes. miserationesque flebiles. Rursusque oratio. Tum iracundiam restinguens. tum metum eripiens. tum exultantem leticiam comprimens. Tum egritudinem abstergens. Hec cum in propositis questionibus genera sint eadem in causas transferuntur. Loci autem qui ad quascumque questiones accommodati sunt. deinceps est uidendum. Omnes illi quidem quos supra diximus ad pleras que sunt sed alii ad alias ut dixi aptiores. Ad coniecturam igitur maxime apta que ex causis. que ex effectis que ex coniunctis sumi possunt. Ad diffinitionem autem pertinet. ratio et scientia diffiniendi. atque huic generi finitimum est illud quod appellari de eodem et altero diximus quod genus forma quedam diffinitionis est. Si enim queratur idem ne sit pertinacia et perseuerantia diffinitionibus iudicandum est. Loci autem conuenient in eius generis questionem consequentes antecedentes. Repugnantes. adiuncti etiam duobus qui sumuntur ex causis et effectis. Nam si hanc rem illa sequitur. hanc autem non sequitur. aut si huic res illa antecedit. huic non antecedit. aut si huic repugnat. illi non repugnat. Aut si huic rei hec. illius alia causa est. Aut si ex alio hoc ex alio illud effectum est. Ex quouis id de quo queritur idem ne an illud sit inueniri potest. Ad tertium genus questionis in quo quale sit queritur. In comparationem ea cadunt que paulo ante in comparationis loco enumerata sunt. In illud autem genus in quo de expetendo fugiendoque queritur adhibentur ea que sunt. aut animi aut corporis. aut externa uel commoda uel incommoda. Itemque cum de honesto turpique queritur ad animi bona. aut bona. omnis oratio dirigenda est. Cum autem de equo et iniquo disseritur equitatis loci colliguntur. hi cernuntur bipertito et natura et instituto. Natura partes habet duas. tuitionem sui et ulciscendi ius. Institutio autem equitatis tripertita est. Una pars legitima est. altera conueniens. Tercia moris uetustate firmata. Atque etiam rursus

equitas tripertita dicitur esse. Una ad superos deos. altera ad manes. Tercia ad homines pertinere. Prima pietas. Secunda. sanctitas. Tercia. iusticia. atque equitas nominatur. De proposito satis multa. Deinceps de causa pauciora dicenda sunt. Pleraque enim sunt ei cum proposito communia. Tria igitur sunt genera causarum. Iudicii. deliberationis. Laudationis. quarum fines ipsi declarant quibus utendum locis sit. Nam iudicii finis est. ius. ex quo etiam nomen. Iuris autem partes tum exposite tum equitatis deliberandi finis utilitas. cuius hec partes que modo exposite rerum expetendarum. Laudationis finis honestas. de qua item est ante dictum. Sed diffinite questiones a suis quoque locis quasi propriis instituuntur. Que in accusationem defensionemque partite in quibus existunt. hec genera ut accusator personam arguat facti. Defensor aliquid opponat. aut non esse factum aut si sit factum. Aliud eius facti nomen esse aut iure esse factum. Itaque aut inficialis aut coniecturalis prima appellatur. diffinitiua altera. Tercia quamuis molestum nomen hoc sit. iuridicialis uocatur. Harum causarum propria argumenta ex his sumpta locis quos exposuimus in preceptis oratoriis explicata sunt. Refutatio autem accusationis in qua est depulsio criminis quoniam grece stasis dicitur. appelletur latine status. In quo primum consistit quasi ad repugnandum congressa defensio. atque in deliberationibus et laudationibus idem existunt status. Nam et negantur sepe ea futura que ab aliquo in sententia dicta sunt fore. Aut si omnino fieri non possint. Aut sine summa difficultate fieri non possint. In qua argumentatione status coniecturalis existit. aut cum aliquid de utilitate. honestate. equitate disseritur. Deque his rebus que his sunt contrarie incurrunt status aut iuris aut nominis. Quod idem contingit in laudationibus. Nam aut negari potest id factum esse quod laudetur. aut non eo nomine afficiendum quod laudator affecerit. Aut omnino non esse laudabile. Quod non recte non iure factum sit. Quibus omnibus generibus nimis imprudenter usus est ce-

-sit contra catonem meum. Sed que ex statu contentio efficitur, eam greci ΚΡΙΝΟΜΕΝΟΝ vocant. michi placet id quoniam quidem ad te scribo qua de re agitur vocari. Quibus autem hec qua de re agitur continetur, continentia esse vocentur quasi firmamenta defensionis. Quibus sublatis defensio nulla sit. Sed quoniam lege firmius in controversiis disceptandis esse nichil debet danda est opera ut legem adiutricem et testem adhibeamus. In qua re alii quasi status existunt novi, qui appellantur legitime disceptationes. Tum enim defenditur non id lege dicere quod adversarius velit sed aliud. Id autem contingit cum scriptum ambiguum est, aut due sententie differentes accipi possunt. Tum opponitur scripto voluntas scriptoris, ut queratur verba ne plus an sententia valere debeant. Tum legi lex contraria affertur. Ita tria sunt genera que controversiam in omni scripto facere possunt. Ambiguum scriptum, discrepantia scripti et voluntatis, scripta contraria. Iam hoc perspicuum est non magis in legibus quam in testamentis in stipulationibus in reliquis rebus que ex scripto aguntur posse controversias easdem existere. Harum tractationes in libris aliis explicantur. nec solum perpetue actiones sed etiam partes orationis. hisdem locis adiuvantur partim propriis partim communibus. Ut in principiis quibus ut benivoli, ut dociles, ut qui audiant intenti sint efficiendum est propriis locis. Itemque narrationes ut ad suos fines spectent id est ut plane sint. ut breves, ut evidentes, ut credibiles, ut moderate, ut cum dignitate. Que quamquam in tota oratione esse debent magis tamen sunt propria narrandi. Que autem sequitur narrationem fides ea persuadendo quomodo efficitur qui ad persuadendum loci maxime valeant. Dictum est in quibus de omni ratione dicendi. Peroratio autem et alia quedam habet et maxime amplificationem Cuius effectus hic debet esse. Ut aut perturbentur animi. aut tranquillentur. Et si ita iam affecti sunt ante. Ut augeat eorum motus aut sedet oratio. Huic generi in quo et misericordia et iracundia et odium. et invidia. et cetere affectiones animi perturbantur. Precepta suppeditantur aliis libris quos poteris mecum legere cum voles. Ad id autem quod te velle senseram cumulate satis factum esse debet voluntati tue. Nam ne preterirem aliquid quod arguerit in omni ratione reperiendum pertineret. plura quam a te desiderata erant sum complexus. Fecique quod sepe liberales venditores solent. Ut cum edes. fundum ve vendiderint. rutis cesis. receptis concedant tamen aliquid de precio quique ordinandi causis. apte et loco positum esse videantur. Sic tibi nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus ornamenta quedam voluimus non debita accedere.

OMNIS RATIO DISSERENDI QUAM LOYCAM PERYPATETICI VETERES APPELLAVERUNT in duas distribuitur partes unam inveniendi alteram iudicandi. Et ea quidem pars que iudicium purgat atque instruit ab illis analetice vocata est. a nobis potest resolutoria nuncupari. Ea vero que inveniendi facultatem ministrat. a grecis thopice. a nobis localis dicitur. Ac de illa quidem parte iudicandi que magistra est alias disputabitur. Hunc vero aperuit consilium

est qui sint loci que horum differentie qui
etiam quib; apti sint sillogismis. Hec id simpli
citer atq; uniformiter uideatur ee faciendum
Verum dupplex est tradenda partitio. Vna
quidem ex grecis uoluminib; eruta. altera u
ex marci tullii thopicis sumpta. Atq; in his
illud ad pfectionem speculationis est astruen
dum. ut quib; utraq; diuisio differat quibusq;
conueniat explicetur. quoquomodo altera
alteram uicissim possit includere. Et nunc
quidem non in singulis immorabimur: sed de
tota diuisione communiter disseremus. Locoz
tantum ex quibus argumenta nascuntur: diffi
nitiones. exempla. differentiasq; colligentes
Singula u diligentius pqualitate opis. vel oc
to his uoluminib; expedita sunt quibus aristo
tilis thopica in latinam uertimus orationem
Vel his septem quibus in marci tullii thopi
cis lucem plenariç expositionis infundimus.
Hic igitur cuncta sunt ppis atq; enodatis
partib; expedita. hic u alias p membra pate
facta sunt communi speculatione tractant.
Nec dialecticos solum locos sed rethoricos eti
am. quid ue hi inter se differant atq; adi
alecticis cura est exsequendi. Vt omnib; un
diq; locis plena consideratione ppositis coz
q; differentiis inter se & communitatibus
pnotatis & argumentorum copia comparet
& clara locorum possit ee distinctio. Vt igit
cuncta pspicuis rationibus consisteret pau
lo altius ordiendum est

ropositio est
oratio uerum falsumq; significans
Vt siquis dicat celum uolubile esse.

hec enuntiatio & ploquium nuncupatur.
uestio u est indubitationem ambiguitate
q adducta ppositio. Vt siquis querat. An sit ce
lum uolubile. onclusio est argumentis ap
probata ppositio. Vt siquis ex aliis reb; pro
bet celum ee uolubile. Enuntiatio quippe siue
sint tantum causa dicatur. siue ad aliud affera
tur pbandum ppositio est. Si de ipsa queritur
questio est. Si ipsa est appbata: conclusio.
Idem igr est ppositio. questio. & conclusio. Sed
differunt modo. Argumentum est ratio rei
dubie faciens fidem. Non u idem est argum
tatio quod argumentum. Nam uis senten

tie ratioq; ea que clauditur oratione cum
aliquid pbatur ambiguum argumentum
uocatur. Ipsa u argumenti elocutio argum
tatio dicitur. Quo fit ut argumentum quidé
uirtus uel mens argumentationis sit atq; sen
tentia. Argumentatio u argumenti per oratio
nem explicatio. Locus u argumenti sedes ul
unde ad ppositam questionem conueniens
trahitur argumentum. Que cum ita sint sin
gulorum diligentius natura tractanda est
eorumq; species. ac membra figurasq; facien
da est diuisio. Primum de ppositione est
disserendum. Hanc ee diximus orationem ue
ritatem uel mendatium continentem. Hui
due sunt species. Affirmatio una. altera ne
gatio. Affirmatio est siquis sic efferat. Celú
uolubile est. Negatio est siquis ita pnunti
et. Celum uolubile non est. Harum u alie
sunt uniuersales. alie particulares. alie in
definite. alie singulares. Vniuersales qui
dem. Vt siquis ita pponat. Omnis homo iu
stus est. Nullus homo iustus est. Particula
res u siquis hoc modo. Quidam homo iustus
est. Quidam homo iustus non est. Indefinite
sic. Homo iustus est. homo iniustus non est
Singulares sunt que indiuiduum aliquod
singulareq; pponunt. Vt cato iustus est. ca
to iustus non est. Etenim cato indiuiduum
est ac singularis. Harum u alias predicati
uas. alias condicionales uocamus. Predicati
ue sunt que simpliciter pponuntur. id est qui
bus nulla uis condicionis adiungitur. Vt
siquis simpliciter dicat celum ee uolubile.
At si huic condicio copuletur fit ex duabus
ppositionib; una condicionalis hoc modo. Ce
lum si rotundum est. uolubile est. Id enim con
dicio hic efficit. Vt ita demum celum uolu
bile ee intelligatur si sit rotundum. Quoniam igr
alie propositiones sunt predicatiue alie con
dicionales predicatiuarum partes terminos
appellamus. id est predicatus atq; subiectus
Terminos autem uoco. Verba et nomina
quib; ppositio nectitur. ut in ea ppositione
qua dicimus homo iustus est. hec duo nomi
na. id est homo & iustus ppositionis partes
uocantur. Eosdem terminos etiam dicimus
quorum quidem alter subiectus é. alter uero

predicatus. Subiectus est terminus qui minor est: predicatus uero qui maior est. Ut in ea propositione qua dicitur. homo iustus est. homo quidem minus est quam iustus. Non enim in solo homine iusticia esse potest uerum etiam in incorporeis diuinisque substantiis. Atque ideo maior terminus est iustus. homo uero minor. Quo fit ut homo quidem subiectus sit terminus iustus uero predicatus. Omnes uero huiusmodi simplices propositiones alterum habent predicatum terminum. alterum uero subiectum. Atque ideo primum partis propositio predicatiua uocata est. Sepe autem euenit ut hi termini sibimet inueniantur equales hoc modo. homo risibilis est. homo namque et risibilis uterque sibi equus est terminus. Nam neque risibile ultra hominem. nec ultra risibile homo porrigitur. Sed in his euenire hoc necesse est. Ut si quidem inequales termini sunt maior semper de subiecto predicetur. Si equales utrique de se conuersa predicatione dicantur. Ut uero minor de maiore predicetur in nulla propositione contingit. Fieri autem potest ut propositionum partes quos terminos dicimus non solum in nominibus uerum etiam in orationibus inueniamus. Nam sepe oratio de oratione predicatur homo hoc modo. Socrates cum platone et discipulis de ratione phylosophye pertractat. Hec quippe oratio que est socrates cum platone et discipulis subiecta est. Illud uero quod est de phylosophye ratione pertractat predicatur.

Rursus aliquando nomen subiectum est oratio predicatur homo. Socrates de phylosophye ratione pertractat. Hic enim socrates solus subiectus est. oratio uero qua dicimus de phylosophye ratione pertractat predicatur. Euenit etiam ut supponatur oratio et simplex uocabulum predicetur hoc modo. Similitudo cum superis diuinisque substantiis iusticia est. Hic enim oratio postquam profertur Similitudo cum superis diuinisque substantiis subiectur. iusticia uero predicatur. Sed de huiusmodi propositionibus in his commentariis quam de peri hermeneias aristotilis librum conscripsimus diligentius disseruimus. Conditionalium uero propositionum quas greci hypoteticas uocant partes sunt simplices propositiones. Quarum quidem ea pars que prius dicitur antecedens. que posterius consequens appellatur. ut in hac propositione cum dicitur. Si rotundum est uolubile est. Rotundum esse antecedit. Volubile esse. consequitur. Harum quoque alie simplices conditionales. alie uero coniuncte sunt. Simplices sunt que predicatiuas habent propositiones in partibus. ut ea quam superius diximus. Si rotundum est uolubile est. Rotundum est enim et uolubile est utreque diuise ac singulatim intellecte predicatiue sunt. Coniunctarum uero multiplex differentia est de quibus in his uoluminibus diligentissime perspeximus que de hypoteticis composuimus sillogismis. Simplicium uero hypotheticarum propositionum quattuor differentie sunt. Aut enim ex affirmatiuis kategoricis constant. Ut si rotundum est. uolubile est. Utraque enim affirmatiua est. Aut ex duabus negatiuis. Ut si rotundum non est. uolubile non est. Nam rotundum non esse etiam uolubile non esse utreque sunt negationes. Aut ex affirmatiua et negatiua. Ut si quadratum est. uolubile non est. Quadratum enim esse affirmatio est. uolubile non esse negatio. Aut ex negatiua et affirmatiua. Ut si rotundum non est. stabile est. Rotundum enim non esse negatio est. stabile uero esse affirmatio. Propositionum quoque alie sunt per se note. et quarum probatio non potest inueniri. alie uero quas tamen et si animus audientis probet eisque consentiat tamen possunt aliis superioribus approbari. Et ille quidem quarum nulla est probatio maxime ac principales uocantur quod his illas necesse est approbari. que ut demonstrari ualeant non recusant. Est autem maxima propositio ut hec. Si de equalibus equalia demas: que relinquuntur equalia sunt. Ita enim hoc per se notum est. ut aliud notius quo probari ualeat esse non possit. Que propositiones cum fidem sui natura propriam gerant non solum alieno ad fidem non egent adiumento uerum ceteris quoque probationis solent esse principium. Igitur per se note propositiones quibus nihil est notius indemonstrabiles et maxime

ac principales vocantur. Que si quamvis auditoris iudicio comprobentur, habent tamen aliquid notius naturaliter ex quo si de eis fiat questio, velut ex alieno fidem capiant. hee demonstrabiles ac minores posterioresque dicuntur. Et de propositionibus quidem ista sufficiant.

Questio est dubitabilis propositio. In qua necesse est eadem omnia considerari, que dudum in propositione prediximus. Alie namque sunt simplices, alie vero composite. Simplices ut hee que ex simplici propositione descendunt hoc modo. Ut si queratur. An sit celum volubile. Hec enim ab ea propositione venit que dicit. Celum esse volubile. At si ex conditionalibus composita principium sumat, ipsa erit conditionalis hoc modo atque composita. An si celum rotundum est, volubile sit. Hec namque a conditionali propositione sumpsit exordium que est. Si celum rotundum est, volubile est. Et questio igitur alias quidem predicativa est, alias quidem conditionalis. Quo fit ut eedem quoque sint partes questionis que dudum esse dicte sunt propositionis. Predicative igitur questionis partes sunt terminus predicatus atque subiectus. ut in ea in qua dubitatur an celum sit volubile. Nam volubile predicatur, celum vero subiectus est. Maior enim est terminus volubile quam celum. Neque enim solum celum volubile dici potest. Que vero coniuncta est questio habet partes quod antecedit et quod sequitur. Ut in ea que est an si celum rotundum est, volubile est. Antecedit quidem rotundum esse, sequitur vero volubile esse. Que cum ita sint, in predicativa questione solum dubitatur an subiecto termino predicatus inhereat. In hypoteticis vero questionibus id tantum queritur: an illam rem que precedit comitetur id quod consequens esse proponitur. Omnia vero que de predicativis propositionibus dicta sunt id est. quod alie universales. alie particulares. alie indefinite. alie singulares sunt. Eadem dici etiam in predicativa questione convenit. Hoc enim tantum questio a propositione diversa est. quod propositio quidem vel enuntiatio simpliciter vel aliud probans oratio est verum falsumque significans. Questio vero cum sit ipsa quoque oratio, tamen est dubitabilis propositio. Addita igitur dubitatione que in propositione considerantur, eadem etiam in questione tractari convenit. Questionis autem due sunt species. Una que dicitur a dialecticis thesis. Hec huiusmodi nimirum est qua de re certis circumstantiis nuda queritur ac disseritur, quales a dialecticis maxime ad disputationem sumuntur. Ut voluptas ne summum bonum sit. Ducenda ne uxor. Hec a nobis propositio vel propositum dicitur. Altera vero est que vocatur a grecis hypotesis. a nobis dicitur causa. Hec questio est plurimis composita factis ceterisque circumstantiis implicita. Ea est huiusmodi. Iure ne Cicero in exilium dubio .R. .P. tempore detrudatur quia iniussu populi cives romanos necaverit. Huius autem duplicis questionis subdivisiones alias esse necesse est. Et thesis quidem phylosophys, ypotesis vero oratoribus attribute sunt. Sed eius quidem questionis que est hypothesis posterius divisiones dabo. Nunc vero de thesis divisione pertractabo que in quattuor dividitur species. In omni igitur dialectica questione predicativa dubitatur an ei quod subiectum est id quod predicatur inhereat. Cum vero alicui aliquid inesse proponitur, id aut maius erit eo de quo predicatur et quod substantialiter inesse contenditur. Aut maius quidem eo erit sed non de eius substantia predicabitur. Aut erit ei equale et in substantia predicabitur. Aut ei erit equale, sed minime eius substantiam continebit. Nam ut aliquid minus est de eo quod maius est predicemus fieri non potest. Sed si tale est quod in questione proponitur, ut subiecto sit maius et de subiecti substantia predicetur, erit genus. Omne enim genus maius est eo de quo predicatur. et de substantia eius dicitur. Ut animal hominis. At si maius quidem fuerit sed minime de substantia eius predicetur, erit accidens. Ut album homini. Quod si equale quidem sit sed substantiale subiecti erit diffinitio. Ut animal rationale mortale homini. Hec namque convertitur et subiecti id est hominis substantiam monstrat. Quod si equale quidem sit

sed a ratione substantie seiunctum erit, ut proprium ut risibile hominis. Itaque dialectice simplices questiones aut de genere, aut de accidenti, aut de diffinitione, aut de proprio fiunt. Possunt vero fieri etiam de differentia conquirentibus: Celestia corpora an rationabilia sint necne. Vel cum dubitetur, eane sit tyranni ac principis differentia quod hic legibus sumpsit imperium, ille violenta dominatione populum premit. Sed tantundem est de differentia querere quantum si de genere dubitetur. Aut enim constitutiva erit differentia, aut divisibilis. Sed si constitutiva fuerit quasi generis optinet locum, ut rationalitas hominis, vel si ratione degunt celestibus quoque corporibus. At si divisibilis velut species consideratur; omnis enim species cum divisibili differentia est. Quod si differentia nunc quidem generis nunc vero speciei loco est, ambigi non potest cum de ea queritur de genere dubitari, sicut palam est cum de specie cuius ea sit queritur de genere fieri questionem. Accidere tamen potest ut aliquid in certamen comparationemque ducatur, velut cum ambigitur an sit melior fortitudo iustitia. Sed hec questio necesse est in accidentis dubitatione ponatur. Namque ad comparationem nichil nisi accidens venit. Hoc enim solum recipit magis et minus. Rursus potest de eo quod unum et idem est fieri certamen, ut an idem sit utile quod honestum. Sed hec questio diffinitioni est aggreganda. Quarum enim rerum eadem diffinitio est, ipse quoque eedem sunt. Quarum vero diversa substantie ratio est, ipse etiam sunt diverse. Igitur simplicis dialectice questionis recte quattuor species esse dicuntur de quibus sufficienter dictum est. Nunc ergo de conditionalibus questionibus tractandum est. Quarum quidem alie constant ex duabus affirmativis, alie ex duabus negativis, alie ex affirmativa et negativa. Si igitur ex duabus affirmationibus conditionalis propositio constat, id queritur an affirmatio affirmationem consequatur. Quod si ex duabus negationibus propositio iuncta sit, idem in disceptatione est, an negatio negationem comitetur. Quod si ex affirmatione et negatione vel ex negatione et affirmatione

copulatur, id ambigitur an negationem affirmatio, an affirmationem negatio consequatur. Ac prius quidem eius questionis divisio facienda est in qua disceptatione an affirmationem affirmatio consequatur, que predicativarum propositionum non effugiunt divisionem. Nam ut precedat aliquod aut aliud consequatur in his fere rebus evenire quas paulo superius commemoravi. Speciem quippe sequitur vel genus vel differentia vel diffinitio vel proprium vel inseparabile accidens. Item proprium ac diffinitionem sequitur species. Proprium quoque sequitur differentia et diffinitio. Et diffinitionem sequitur proprium vel differentia hoc modo. Nam si homo est, animal est. Si homo est, rationale est. Si homo est, animal rationale mortale est. Si homo est, risibile est. Si ethiops est, niger est. Si risibile est, homo est. Si animal rationale mortale est, homo est. Si risibilis est, rationalis est. Si risibilis est, animal rationale mortale est. Si animal rationale mortale est, risibile vel bipes est. Sunt hec autem alias quidem effectus causam, alias effectum causa consequitur. Effectus causam ita: Si sol presto est, lucet. Rursus effectum causa hoc modo: Si quid combustum est, ignis affuit. Item totum partes sequantur, ut si integra domus est, et tectum et parietes et fundamenta consistunt. Modus autem nomen sequitur principale, ut si iustitia bona est, et quod iustum est bene est. Nomen etiam principale sequitur modum, ut si quod iuste est bene est, et iustitia bona est. Accidentia quoque comitantur id quod subiectum est, ut si album est, corpus est. Que cum ita sint, conditionales quoque simplicis ex duabus affirmationibus copulate ista fere divisio est questionis, quod in ea vel de genere vel de proprio vel de diffinitione vel de accidenti vel de causa atque effectu vel de toto ac partibus vel de modo ac de principali nomine dubitatur. Atque hec de ea questione intelligenda sunt que cum hypothetica simplex sit, ex duabus tamen iungitur affirmativis. In eisdem tamen differentiis illas quoque necesse est consistere questiones que ab his veniunt propositionibus que ex utraque negatione consistunt. Nam si genus

non est, species non est. Item si differentia non est uel diffinitio uel proprium, species non est. Et de ceteris quidem que supius dicta sunt eodem modo considerandum est. Quicquid enim antecedit, ut aliud consequatur, si id quod consequitur non fuerit, nec illud quidem est quod antecedit. Earum uero questionum que ex affirmatione et negatione consistunt, ea fere diuisio est quod uel in diuersis generibus, uel in diuersis generibus, uel in diuersis speciebus, uel in contrariis uel in priuatione atque habitu conuenientur. Vt cum affirmationem negatio consequatur. Aut diuersum ponitur genus, ut quod ab eo diuersum est abnuatur hoc modo: Si substantia est, qualitas non est. Vel si sub eodem genere diuerse species proponantur hoc modo: Si homo est, equus non est. Vel si contraria: si albus est, niger non est. Vel si priuationes: Si cecus est, non uidet. Et postremo in omnibus que cumque eadem non sunt euenit, si unum est alterum non esse. Itaque ut propositam affirmationem negatio comitetur, aut diuersa erunt genera, aut diuerse species, aut contraria, aut priuantia, aut quolibet alio modo sibimet inconuenientia. Vt autem negationem affirmatio consequatur, que erat quarta conditionalis propositionis differentia, fieri non potest, nisi in his contrariis que medio carent et quorum alterum semper esse necesse est hoc modo: Si dies non est, nox est; si tenebre non sunt, lux est. Facta igitur predicatiuarum et conditionalium questionum diuisione illud insuper uideatur addendum, quod omnis questio uel ex ratione differendi uel ex naturali uel ex morali trahitur speculatione. Ex ratione differendi hoc modo: An affirmatio et negatio sunt species enuntiationis. Ex naturali ita: An celum rotundum sit. Ex morali sic: An uirtus ad beatitudinem sola sufficiat. Preterea omnis questio uel simplex est uel composita. Simplex est quotiens affirmatione et negatione diuiditur tota, ut totam alteri affirmare, alteri negare necesse sit, hoc modo: Sit celum rotundum necne. Hic enim una pars questionis affirmationem tenet, altera negationem. Nam cum alter defendit esse, affirmat; negat uero alter, cum non esse contendit. Composita uero questio est que in plures distrahitur affirmationes hoc modo: Vtrum celum rotundum sit, an quadratum, an longum, an cuiuslibet alterius forme. Hic enim plurimas affirmationes uel negationes probare necesse est qui diuersa defendunt. Et de questione quidem quantum ad presens negocium pertinebat sufficienter dictum est. Conclusio est argumentis approbata propositio. De qua fere eadem dici possunt que de propositione. Que quoniam diligenter supius expedita sunt, de argumento deinceps tractandum uidetur.

Argumentum est ratio rei dubie faciens fidem. Hanc semper notiorem questionem esse necesse est. Nam si ignota notis probantur, argumentum rem dubiam probat; necesse est ut quod ad fidem questionis affertur sit ipsa notior questione. Argumentorum uero omnium alia probabilia sunt et necessaria, alia uero probabilia quidem sed non necessaria, alia uero necessaria sed non probabilia, alia nec probabilia nec necessaria. Probabile uero est quod uidetur uel omnibus uel pluribus uel sapientibus, et his uel omnibus uel pluribus uel maxime notis atque precipuis, uel quod unicuique artifici secundum propriam facultatem, ut de medicina medico, gubernatori de nauibus gubernandis. Et preterea quod ei uideatur cum quo sermo conseritur uel ipsi qui iudicat, in quo nichil attinet uerum falsum ne sit argumentum, si tantum ueri similitudinem tenet. Necessarium uero est quod ut dicitur ita est et aliter esse non potest. Et probabile quidem ac necessarium est ut hoc: Si quid cuilibet rei additum sit, totum magis efficitur. Neque enim quisquam ab hac propositione dissentiet, et ita sese habere necesse est. Probabilia uero et non necessaria sunt quibus facile quidem animus adquiescit, sed ueritatis non tenent firmitatem, ut hoc: Si mater est, diligit. Necessaria uero sunt et non probabilia que ita quidem sese ut dicuntur habere necesse est, sed his facile non consen-

sit audiens, ut hoc obiectu lunaris cor-
poris solis euenire defectum. Neque necessaria
uero neque probabilia sunt quecumque in opinione
hominum neque in ueritate consistunt.
ut hoc habere quę non perdiderit cornua
diogenem quoniam habeat id quisque
quod non perdiderit. Quę quidem nec ar-
gumenta dici possunt. Argumenta enim
rei dubię fidem faciunt. Ex his autem
nulla fides est quę neque in opinione neque
in ueritate sunt constituta. Dici tamen
potest ne illa quidem esse argumenta quę
cum sint necessaria minime tamen audi-
entibus approbantur. Nam si rei dubię sit
fides cogendus est animus auditoris per ea
quibus ipse adquiescit. Ut conclusioni quoque
quam nondum probat possit accedere. quod
si quę tantum necessaria. ac non probabilia
sunt. non probat ille qui iudicat necesse est
ut ne illud quidem probet quod ex huius-
modi ratione conficitur. Itaque euenit ex
huiusmodi ratiocinatione quę tantum
necessaria sunt et non probabilia non esse ar-
gumenta. Sed non est ita. Atque hec inter-
pretatio non recte probabilitatis intelli-
gentiam tenet. Ea enim sunt probabilia
quibus sponte atque ultro consensum ad-
iungitur scilicet ut mox audita approben-
tur. Quę uero necessaria sunt ac non probabi-
lia aliis probabilibus ac necessariis argumen-
tis antea demonstrantur. Cognitaque et cre-
dita ad alterius rei de qua dubitatur fidem
trahuntur. Ut sunt speculationes omnes
id est theoremata quę in geometria con-
siderantur. Nam quę illic proponuntur.
non sunt talia. ut his sponte animus dis-
centis accedat. Sed quoniam demonstrantur aliis
argumentis illa quoque scita et cognita ad
aliorum speculationem argumenta ducun-
tur. Itaque probabilia non sunt. sed sunt neces-
saria. his quidem auditoribus quibus nondum
demonstrata sunt ad aliud aliquid quod
approbandum argumenta esse non possunt
hii autem qui prioribus rationibus eorum
quibus non acquiescebant fidem ceperunt
possint ea si quid ambigitur argumenta
uocare. Sed quia quattuor facultatibus
differendi omne artificium continetur
dicendum est. quę quibus ut nouerit argu-
menta. ut cui potissimum disciplinę lo-
corum argumentorumque pateat uber-
tas. euidenter appareat. Quattuor igitur
facultatibus earumque uelut opificibus differen-
di omnis ratio subiecta est id est dialectico
oratori. phylosopho. sophistę. Quorum
quidem dialecticus atque oratorum in com-
muni materia argumentorum uersantur
Uterque enim siue sint necessaria. siue mi-
nime probabilia tamen sequitur argumenta
His igitur illę duę species argumenti fa-
mulantur quę sunt probabile ac necessarium
probabile ac non necessarium. Philosophus
uero ac demonstrator de sola tantum ueritate
pertractat. atque ideo siue sint probabilia siue
non. nichil refert modo dum sint necessa-
ria. Hic quoque his duobus speciebus utitur ar-
gumenti. quę sunt probabile ac necessarium
necessarium ac non probabile. Patet igitur
in quo phylosophus ab oratore ac dialectico
in propria consideratione dissideat. in eo scili-
cet quod illis probabilitatem huic ueritatem
constat esse propositam. Quarta uero species argu-
menti quam nec argumentum quidem rec-
te dici supra monstrauimus sophystis scili-
cet est attributa. Thopicorum uero intentio est
uerisimilium argumentorum copiam demon-
strare. Designatis enim locis e quibus probabilia
argumenta ducuntur habundans et copiosa
necesse est fiat materies differendi. Sed quoniam
ut supradictum est probabilium argumento-
rum. alia sunt necessaria. alia non necessaria
cum loci probabilium argumentorum dicuntur
euenit ut necessariorum quoque doceantur.
Quo fit. ut oratoribus quidem ac dialecticis
hęc principaliter facultas pareatur secundo uero
loco phylosophis. Nam in quo probabilia qui-
dem omnia conquiruntur dialectici atque
oratores iuuantur. In quibus uero probabilia ac ne-
cessaria docentur phylosophicę demonstra-
tioni. ministratur ubertas. Hoc modo igitur
dialecticus atque orator uerum etiam demon-
strator. ac uere argumentationis effector
habet quod ex positis locis sibi possit assume-
re. cum inter argumentorum probabilium lo-

cos necessariorum quoque principia tradictio nixta continuat. Illa vero argumenta que necessaria quidem sunt sed non probabilia atque illud ultimum genus nec necessarium a proposita operis consideratione seiunctum est. nisi quod interdum quedam sophisticis loci exercendi gratia lectoris adhibentur. Quo circa thopicorum pariter utilitatis intentioque patefacta est. His enim et dicendi facultas et investigatio ueritatis augetur. Nam quod dialecticos atque oratores iuuat locorum agnitio orationi per inuentionem copiam prestat. quod uero necessariorum doctrinam locorum phylosophus tradit. uiam quodammodo ueritatis illustrat. Quo magis peruestiganda est rimandaque ulterius disciplina eaque cum cognitione percepta sit. usu atque exercitatione firmanda. Magnum enim aliquid locorum consideratio pollicetur scilicet inueniendi uias. quod quidem hi qui sunt huius rationis expertes soli prius ingenio deputant neque intelligunt quantum hac consideratione queratur. que in artem redigit uim potestatemque nature. Sed de his hactenus. nunc de reliquis expliceemus.

Omnia quidem que de superioris te voluminis expedita sunt. in minus quibusdam forsitan eruditis supuacanea quodammodo et quasi dependentia uideantur. Nam cum de thopicis differentiis libri titulum legerint omissis doctrine gradibus statim ad finem operis tendunt. Michi autem uel necessarium uidetur quod nisi precognitum sit ad ulteriora animus discentis peruenire non possit. Hi etiam qui nunc quoque omnem primi uoluminis disputationem superfluam putant. si ceteta perlegant connexionemque operis mentis ac ratione collustrent. desinent profecto iudicare superfluum quod necessario uideretur in parte operis collocatum. Atque hec hactenus. Sed quoniam de his que antea proposuimus id est de propositione. questione. conclusione. argumento sufficienter dictum est. nunc de argumentatione tractemus.

Argumentatio est per orationem argumenti explicatio. Huius autem species due sunt. Una quidem que sillogismus. altera que uocatur inductio. Sillogismus est oratio in qua positis quibusdam et concessis. aliud quiddam per ea ipsa que concessa sunt euenire necesse est. quam sint ipsa que concessa sunt. Huius diffinitionis rationem secundus quidem liber eorum quibus institutionem in cathegoricis scripsimus sillogismis plene continet. Sed propter intellectus facilitatem idem breuiter aperiemus exemplo. Sit enim sillogismus hic. Omnis homo animal est. Omne animal substantia est. Omnis igitur homo substantia est. Totum igitur hoc oratio est in qua positis quibusdam et concessis id est duabus propositionibus que sunt. Omnis homo animal est. Et omne animal substantia est. atque ex his efficitur aliud quam sint ea que concessa sunt. Concluditur enim. Omnis igitur homo substantia est. Propositiones enim que concesse sunt consequentia necessario conclusionis inferuntur. Sunt autem propositiones Omnis homo animal est. Et omne animal substantia est. atque ex his efficitur aliud quiddam quam sint ea que concessa sunt. Concluditur enim. Omnis igitur homo substantia est. Quam longe diuersum est et ab ea propositione que dicit. Omnis homo animal est. et ab ea que proponit omne animal esse substantiam. Sillogismorum uero alii sunt predicatiui qui cathegorici uocantur. Alii condicionales quos hypotheticos dicimus. Et predicatiui quidem sunt qui ex omnibus predicatiuis propositionibus contexuntur. Ut his quem exempli gratia superius annotaui. Omnibus enim predicatiuis propositionibus texitur. Hypotetici uero sunt quorum propositiones condicione connectuntur. ut hic si dies est. lux est. Est autem dies. Lux igitur est. Propositio enim prima conditionem tenet hanc quoniam tunc demum lux est si dies est. atque ideo sillogismus hic hipotheticus id est condicionalis uocatur. Inductio uero est oratio per quam fit a particularibus ad uniuersalia hoc modo progressio. Si in regendis nauibus non sorte sed arte eligitur gubernator. Si in regendis

equis auriga non sortis eventu sed commen-
datione artis assumitur. Si in administranda
re publica non sors principem facit, sed peritia
moderandi, simulque in pluribus conquiruntur
quibus infertur. Et in omni quoque re quam quisque
regi atque administrari graviter volet, non
sorte accommodat sed arte rectorem. Videsne
ergo quemadmodum per singulas res currat ora-
tio ut ad universale perveniat? Nam cum non
sorte regi navium, curruum, rem publicam
collegisset sed arte, quasi in ceteris quoque ita
sese habeat quod erat universale conclusit
hoc modo. In omnibus quoque rebus non sorte
ductum, sed arte peritum debere preponi.
Sepe autem multorum collecta particulari-
tas aliud quiddam particulare demonstrat.
Ut si quis sic dicat. Si neque navibus neque curri-
bus neque agris sorte preponuntur, nec rebus
quidem publicis rectores sorte ducendi sunt.
Quod argumentationis genus maxime so-
let esse probabile et si non eque ut sillogismo ha-
beat firmitatem. Sillogismus namque ab uni-
versalibus ad particularia discurrit, estque
in eo si veris propositionibus contexatur fir-
ma atque incommutabilis veritas. At in-
ductio habet quidem maximam probabili-
tatem, sed interdum veritate deficit. Ut
in hac. Qui scit canere cantor est, et qui lucta-
ri luctator, et qui edificare edificator. Quibus
multis simili ratione collectis inferri potest.
Qui scit igitur malum malus est, quod non
procedit. Mali quippe noticia deesse non potest
bono. Virtus enim sese diligit aspernaturque con-
traria. Nec vitare vitium nisi cognitum que-
at. His igitur duobus velut principiis et ge-
neribus argumentandi duo quidem alii
deprehenduntur modi. Vnius quidem
sillogismus, alter vero inductionis suppositus
est. In quibus quidem perpetuum sit conside-
rare quod ille quidem a sillogismo, ille vero ab
inductione ducat exordium, non tamen
aut hic sillogismum aut ille impleat induc-
tionem. Hec autem sunt entymema atque
exemplum. Entymema quippe est imper-
fectus syllogismus, id est oratio in qua non
omnibus antea propositionibus constitutis infer-
tur festinata conclusio. Ut si quis sic dicat
homo animal est, substantia igitur est. Pre-
termisit enim alteram propositionem qua propo-
nitur: Omne animal esse substantiam. Ergo
quia entymema ab universalibus ad particula-
ria probanda contendit quasi simile sillogismo
est. Quod vero non omnibus que conveniunt
sillogismo propositionibus utitur, a sillogismi ra-
tione et copulatur et ab ea discidet. Est enim
exemplum quod particulariter propositum
particulare quiddam contendit ostendere
hoc modo. Oportet a tullio consule necari
catilinam cum a scipione graccus fuerit in-
teremptus. Approbatum est enim catilinam
a cicerone debere perimi, quod a scipione gra-
ccus fuerit interemptus. Que utraque parti-
cularia esse ac non universalia singularium
interpositio personarum designat. Quoniam
igitur pars ex parte approbatur quasi induc-
tionis similitudinem tenet id quod exemplum
vocamus. Quoniam vero non plures quibus
id efficiat colligit partes, ab inductione dis-
sidet. Ita ergo due quidem sunt argumentandi
species principales. Vna que dicitur sillogismus,
altera que vocatur inductio. Sub his autem
sunt velut ex his manantia entimema atque
exemplum. Que quidem omnia ex sillogismo
ducuntur et ex syllogismo vires accipiunt.
Sive enim sit entimema, sive inductio, sive
etiam exemplum, ex sillogismo quam maxime
fidem capit. Qui in prioribus resolutoriis quos
ab aristotile transtulimus monstratum est.
Quo circa satis est de sillogismo disserere quasi
principali et ceteras argumentandi species con-
tinente. Restat nunc quid sit locus aperire. Lo-
cus est, ut marco tullio placet, argumenti se-
des. Cuius diffinitionis que sit vis paucis os-
tendam. Argumenti enim sedes partim maxi-
ma propositio intelligi potest, partim propositio-
nis maxime differentia. Nam cum sint alie
propositiones que cum per se note sint tum nichil ul-
terius habeant quo demonstrentur atque he ma-
xime et principales vocentur, sintque alie quarum
fidem prime ac maxime suppleant propositiones,
necesse est ut omnium que dubitantur ille antiquis-
simam teneant probationem que ita aliis fidem
facere possunt ut nichil ipsis queat notius
inveniri. Nam si argumentum est quod rei

dubiis faciat fidem. id q; notius & probabilius
ee oportet quam illud est quod probatur. necesse
est ut argumentis omnib; illam maximam fi
dem tribuat. que ita per se nota sunt. ut aliena
probatione non egeant. Sed huiusmodi propositio
aliquotiens quidem intra ambitum argumenti
continetur aliquotiens uero extraposita argumen
to uires supplet ac perficit. Exemplum qui
dem eius argumenti quod maximam retinet
propositionem huiusmodi est. Sit enim questio
An sit regno melior consulatus. Ita igitur
dicemus. Regnum diuturnius est quam con
sulatus cum utrumq; sit bonum. At uero
quod diuturnius est bonum eo quod parui
temporis est. melius est. Regnum igitur me
lius est quam consulatus. Huic igitur argu
mentationi maxima propositio id est locus in
sertus est ille scilicet. quia diuturniora que
sunt bona meliora sunt meriti quam ea que
parui sunt temporis. Hoc enim ita notum est
ut extrinsecus probatione non egeat. & ipsum
aliis possit ee probatio. Atq; ideo hec propositio
totam continet probationem. Et cum inde nas
citur argumentum recte locus id est argumen
ti sedes uocatur. Ut uero extraposita maxima pro
positio uires afferat argumento. tale sit exem
plum. Sit enim propositum demonstrare quia
inuidus sapiens non est. Qui enim inuidus
est alienis bonis affligitur. Sapiens autem
bonis non affligitur alienis. Sapiens igitur
inuidus non est. In hac igitur argumentati
one propositio quidem maxima non uidetur
inclusa. sed argumentationis uires ipsa ma
xime subministrat. Est enim huic sillogismo
fides ex ea propositione per quam cognoscimus
quorum diuersa est diffinitio ipsa quoq; ee di
uersa. Est autem in diffinitione quidem inuidi
alienis tabescere bonis. Quod quoniam non con
uenit in sapientem. idcirco inuidus a sapiente
seiungitur. Est ergo uno quidem modo locus ut
dictum est. maxima et uniuersalis & prin
cipalis atq; indemonstrabilis ac per se nota
propositio que in argumentationib; uel inter
ipsas propositiones uel extrinsecus posita. uim ta
men argumentis & conclusionibus subminis
trat. Ideo autem uniuersales et maxime propo
sitiones loci dicte sunt. quoniam ipse sunt que conti

nent ceteras propositiones & per eas fit consequens
& rata conclusio. At sicut locus continet in
se corporis quantitatem. ita hee propositiones
que sunt maxime intra se omnem uim poste
riorum atq; ipsius conclusionis consequen
tia tenent. Et uno quidem modo locus id
est argumenti sedes dicitur maxima prin
cipalisq; propositio fidem ceteris subminis
trans. Alio uero modo loci uocantur maxima
rum differentie propositionum que scilicet ab
his ducuntur terminis qui in questione sunt
positi. De quibus deinceps disserendum est.
Cum enim sint plurime propositiones que ma
xime uocantur. hee que inter se dissimiles qui
bus inter se differentiis discrepant eas omnes lo
cos uocamus. Nam si ipse omnes propositiones
maxime argumentorum loci sunt & differenti
as eorum argumentorum locos ee necesse est
Nam omnium [illegible] substantiam [illegible]
differentiis constat. Ut hominis ex rationali
tate que est eius differentia. Et hi loci qui
sunt differentie propositionum maximarum
ipsis propositionib; uniuersaliores existunt. ue
lut uniuersalior est rationalitas homine.
Atq; ideo pauciores hi loci ee deprehenduntur
qui in differentiis positi sunt quam proposi
tiones ipse quarum sunt differentie. Omnia
enim que sunt uniuersaliora pauciora
semper ee contingit. Et ideo facile sub scientiam
cadere possunt quorum tam multus nu
merus non est. Ut cito a memoria discen
tis elabantur. Que uero sunt hee differentie
melius diuisione produntur. In predicatiuis
quidem questionib; unus quidem terminus
subiectus dicitur. alius predicatiuus. Nihil
quippe in predicatiuis questionib; aliud que
ritur nisi an subiecto predicatus inhereat.
Quod si inesse constiterit queritur ita ne sit
ut genus. An ut accidens. An ut proprium. An
ut diffinitio. Nam si ostendatur non inesse ni
chil de questione relinquitur. Nam quod omni
no non inest. nec ut accidens. nec ut genus.
nec ut diffinitio. nec ut proprium inesse potest
Quod si inesse constiterit restat questio
quinam modus sit inherendi de quatuor.
Solum uero inesse ad accidens maxime pertinet
Nam cum neq; ut genus. neq; ut diffinitio

neque ut proprium inest, sed tamen inest. Ut accidens inesse necesse est. Que cum ita sint eorum locorum quos ut maximarum propositionum differentias constituimus facienda divisio est. Per singula igitur quaeque currentibus manifestius apparebit exemplo quid maxime propositiones a suis differentiis distent et circa questiones, argumenta, propositiones maximas ac principales, earumque locos id est differentias, propriumque quodque dabimus exemplum. Omnis igitur locus id est maximarum differentie propositionum, aut ab his necesse est ducantur terminis que in questione sunt positi, predicato scilicet atque subiecto. Aut extrinsecus assumantur. Aut horum quaeque medium inter utrosque versentur. Eorum vero locorum que ab his ducuntur terminis de quibus in questione dubitatur duplex modus est. Unus quidem ab eorum substantia, alter vero ab his que eorum substantia consequantur. Hi vero qui a substantia sunt in sola diffinitione consistunt. Diffinitio autem substantiam demonstrat, et substantie integra demonstratio diffinitio est. Sed id quod dicimus preficiamus exemplis, ut omnis vel questionum vel argumentationum vel locorum ratio colliquescat. Age enim. Queritur an arbores animalia sint. Fiatque huiusmodi sillogismus. Animal est substantia animata sensibilis. Arbor vero substantia animata sensibilis non est. Arbor igitur animal non est. Questio de genere est hec. Utrum enim arbores sub animalium genere ponende sint queritur. Locus qui in universali propositione consistit hic est. Cui generis diffinitio non convenit, id eius cuius ea diffinitio est species non est. Loci superior differentia est. Qui locus nichilominus nuncupatur a diffinitione. Vides igitur ut tota dubitatio questionis sillogismi argumentatione tractata sit per convenientes et congruas propositiones que vim suam ex prima maximaque propositione custodiunt. Ex ea scilicet que negat esse speciem cui non convenit generis diffinitio, atque ipsa universalis propositio a substantia tractata est, unius scilicet terminorum qui in questione locati sunt. Ut animal id est

ab eius diffinitione que est substantia animata sensibilis. Itaque quoniam in ceteris questionibus strictim ac breviter locorum differentiis commemoratis [illegible] alacritate percipere. Huius autem loci qui a substantia ducitur duplex modus est. Partim namque a diffinitione, partim a descriptione argumenta ducuntur. Differt autem descriptio a diffinitione quod diffinitio genus ac differentias sumit. Descriptio vero subiecti intelligentiam claudit quibusdam vel accidentibus et unam efficientibus proprietatem vel substantialibus preter genus convenienter aggregatis. Sed hee diffinitiones que ex accidentibus fiunt, cum a substantia nullo modo substantiam demonstrent, tamen quia sepe vim diffinitionis tenent, possunt que substantiam manifestant. Ille etiam probationes que a descriptione sumuntur a substantie ratione videntur assumi. Huius tale sit exemplum. Queratur an albedo substantia sit. Hic queritur an albedo substantie velut generi supponatur. Dicimus enim. Substantia est quod omnibus accidentibus possit esse subiectum. Albedo autem nullis accidentibus subiecta est. Albedo igitur substantia non est. Locus id est maxima propositio eadem que supius. Cuius enim diffinitio ei quod dicitur species esse non convenit id eius quod esse species perhibetur genus non est. Diffinitio vero substantie albedini non convenit. Albedo igitur substantia non est. Loci superior differentia a descriptione quam dudum locavimus in ratione substantie. Sunt etiam diffinitiones que non a rei substantia sed a nominis significatione ducuntur. Atque ita rei de qua queritur applicantur ut si sit questio. Verum philosophie studendum sit. Et erit argumentatio talis. Philosophia est amor sapientie. Hunc studendum nemo dubitat. Studendum igitur philosophye est. Hic enim non diffinitio rei sed nominis interpretatio argumentum dedit. Quo etiam tullius in ortensio in eiusdem phylosophye pulsus est defensione et vocatur grece [illegible] latine autem nominis diffinitio. Ac de his quidem argumentis que ex substantia terminorum in questione positorum sumuntur clarius

[illegible, struck through] dum est de his qui terminorum substantiam con[illegible, struck through] est. Plura enim sunt que singulis substantiis adherescunt. Ab his ergo que cuilibet substantie comitantur argumenta duci solent. Aut ex toto. aut ex partibus; aut ex causis vel efficientibus vel materia. vel forma naturali vel fine. Et est efficiens causa quidem que movet atque operatur ut aliquid explicetur. Materia vero ex qua fit aliquid vel in qua fit. Finis propter quod fit. Sunt etiam inter eos locos qui ex his sumuntur que substantiam consequuntur. Aut ab affectibus; aut a corruptionibus. aut ab usibus; aut preter hos omnis ex communiter accidentibus. Que cum ita sint. eum prius locum qui a toto sumitur inspiciamus. Totum duobus modis dici solet. Aut ut genus. aut ut id quod ex pluribus partibus integrum constat. Et illud quidem quod ut genus totum est. hoc modo sepe questionibus argumenta suppeditat. Ut si sit questio. an iusticia utilis sit: fit sillogismus. Omnis virtus utilis est. Iusticia autem virtus est. Iusticia igitur utilis est. Hec questio de accidenti. id est. an accidat iusticie utilitas. Locus is qui in maxima propositione consistit. Que generi adsunt: adsunt et speciei. Huic superior locus a toto. id est a genere virtute scilicet que iusticie genus est. Rursus sit questio. an humane res providentia regantur dicemus. Si mundus providentia regitur. homines autem pars mundi sunt. humane igitur res providentia reguntur. Questio de accidenti. Locus id est maxima propositio. Quod toti evenit id congruit et parti. Supremus locus a toto. id est ab integro quod partibus constat id vero est mundus qui hominum totum est. A partibus etiam duobus modis argumenta nascuntur. Aut enim a generis partibus que sunt species. Aut ab integri id est totius que partes tantum proprio vocabulo nuncupantur et de his quidem partibus que species sunt hoc modo. Sit questio. An virtus mentis bene constitute sit habitus. Questio de diffinitione. id est an habitus bene constitute mentis virtutis sit diffinitio. Faciemus itaque a speciebus argumentationem sic. Si iusticia. fortitudo. moderatio. atque prudentia habitus mentis bene constitute sunt. Hec autem quattuor virtuti velut generi subiciuntur. Virtus igitur bene constitute mentis est habitus. Maxima propositio. Quod singulis partibus inest. toti inesse necesse est. Argumentum vero a partibus id est a generis partibus que species nuncupantur. Iusticia enim fortitudo. modestia et prudentia virtutis species sunt. Item ab his partibus que integri partes esse dicuntur. Sit questio. An sit utilis medicina. Hec in accidentis dubitatione [illegible, struck through] salutemque servari mederique vulneribus mortalibus utile est. Utilis igitur est medicina. At depelli morbos salutemque servari mederique vulneribus utile est. Utilis igitur est medicina. Sepe autem et una quelibet pars valet ut argumentationis firmitas constet hoc modo. Ut si de aliquo dubitetur an sit liber si eum vel censu. vel testamento vel vindicta manumissum esse monstremus liber ostensus est. Atque hee partes erant dande libertatis. Vel si rursus dubitetur. An sit domus quod eminus prospicitur: dicemus quoniam non est. Nam tectum vel parietes. vel fundamenta desunt ei. ab una parte rursus factum est argumentum. Licet autem non solum in substantiis verum etiam in modo. temporibus. quantitatibus et loco. totum partesque respicere. Id enim quod dicimus semper. in tempore. Totum est id quod dicimus. Aliquando in tempore pars est. Rursus si simpliciter aliquid proponamus in modo totum est si cum adiectione aliqua: pars fit in modo. Item si omnia dicamus in quantitate. Totum diximus. Si aliquid quantitatis excepimus quantitatis ponimus partem. Eodem modo in loco. Quod ubique est pro toto est. Quod alicubi pars. Horum autem omnium consequenter dentur exempla. A toto ad partem secundum tempus. Si semper deus est: et nunc est. A parte ad totum secundum modum. Si anima aliquo modo movetur et simpliciter movetur. Movetur autem cum irascitur. Similiter igitur et simpliciter movetur. Rursus a toto ad partes in quantitate. Si verus est in omnibus appollo vates verum erit pyrrum superare romanos. Rursus a toto ad partem

inlocum. Si deus ubique et hic est. Sequitur locus qui nuncupatur a causis. Sunt vero plures cause id est que vel principium motus prestant atque efficiunt. Vel specierum formas subiecte suscipiunt. Vel propter eas aliquid fit. Vel que cuiuslibet forma est. Argumentum igitur ab efficiente causa. Ut si quis iusticiam naturalem uult ostendere dicat. Congregatio hominum naturalis est. Iusticiam vero congregatio hominum fecit. Iusticia igitur naturalis est. Questio de accidente. [illegible] Quorum efficientes cause naturales sunt. ipsa quoque sunt naturalia. Locus ab efficientibus. Quod enim unicuique causa est id efficit eam rem cuius causa est. Rursus si quis mauros arma non habere contendat. dicet iccirco eos minime armis uti quia his ferrum desit. Maxima propositio. Ubi materia deest. et quod ex materia efficitur deest. Locus a materia. Utrumque vero ab efficientibus atque materia uno nomine causa dicitur. Eque enim id quod efficit atque id quod operantis actum suscipit eius rei que efficitur cause sunt. Rursus a fine sit propositum sic: an iusticia bona sit. fiet argumentatio talis. Si beatum esse bonum est et iusticia bona est. Hic enim est iusticie finis ut qui secundum iusticiam ad beatitudinem perducatur. Maxima propositio. Cuius finis bonus est. ipsum quoque bonum est. Locus a fine. A forma vero que cuiuslibet forma est. ita. non potuisse [illegible] formas pennas habuisset. Maxima propositio. Tantum quemque posse quantum forma permiserit. Locus a forma. Ab effectibus vero et corruptionibus et usibus hoc modo. Nam si bona est domus. constructio bona est domus bona est domus et constructio domus bona est. Rursus si mala est destructio domus bona est domus. Et si bona est domus. mala est destructio domus. Et si bonum est equitare bonus est equus. Et si bonus est equus. bonum est equitare. Est autem a generationibus primum quidem exemplum. quod idem ab effectibus uocari potest. Secundum a corruptionibus. Tercium ab usibus. Omnium autem maxime propositiones. Cuius effectio bona est. ipsum quoque bonum est. Et econuerso. Et cuius

corruptio mala est ipsum bonum est. Et econuerso. Et cuius usus bonus est ipsum quoque bonum est. et econuerso. A communiter autem accidentibus argumenta fiunt quociens ea sumuntur accidentia que relinquere subiectum vel non possunt vel non solent. Ut si quis hoc modo dicat. Sapiens non penitebit. Penitentia enim malum factum comitatur. Quod quia insapiente non conuenit nec penitentia quidem. Questio de accidenti. Maxima propositio. [illegible] illud quidem quod est eius consequens inesse potest. Locus a communiter accidentibus. Expeditis igitur his que ab ipsis terminis in propositione positis assumerentur nunc de his dicendum est. qui licet extrinsecus positi argumenta tamen questionibus subministrant. Hi vero sunt vel ex rei iudicio. vel ex similibus. vel a maiore. vel a minore. vel a proportione. vel ex oppositis vel ex transumptione. Et ille locus qui rei iudicium tenet huiusmodi est. Ut id dicamus esse quod vel omnes iudicant vel plures. et hi vel sapientes. vel secundum unam quamque artem penitus eruditi. Cuius exemplum est celum esse uolubile. quod ita sapientes atque astrologi doctissimi iudicauerunt. Questio de accidenti. Maxima propositio. Quod omnibus vel pluribus vel doctis uidetur hominibus ei contradici non oportere. Locus a rei iudicio. A similibus hoc modo. Si dubitetur an hominis sit proprium esse bipedem: dicemus. similiter inesse equo quadrupes ut homini bipes. Non est autem equi proprium quadrupes. Non est igitur hominis proprium bipes. Questio de proprio. Maxima propositio. Si quod similiter inest non est proprium nec id quidem de quo queritur esse proprium potest. Locus a simili. Hic enim ingemina diuiditur. hec enim similitudo. Aut in qualitate. aut in quantitate consistit. Sed in quantitate parilitas [illegible] id est equalitas. Rursus a b eo quod est maius. Si queratur an sit animalis diffinitio quod ex se moueri possit. Dicemus sic. Magis oportet animalis diffinitionem esse quod naturaliter uiuat. quam quod ex se moueri possit. Non est autem hec diffinitio animalis quod naturaliter uiuat. Nec ea quidem que minus uidetur esse diffinitio quod ex se moueri possit

animalis diffinitio esse putanda est. Questio de diffinitione. Maxima propositio. Si id quod magis uidetur inesse non inest. ne id quidem quod minus inesse uidebitur inerit. Locus ab eo quod est magis. A minoribus uero conuerso modo. Nam si est hominis diffinitio. animal gressibile bipes. Cumque id minus uideatur esse diffinitio hominis quam animal rationale mortale. sitque diffinitio ea hominis que dicit animal gressibile bipes. erit diffinitio hominis animal rationale mortale. Questio de diffinitione. Maxima propositio. Si id quod minus uidetur inesse inest. et id quod magis uidetur inesse inerit. Multe autem diuersitates locorum sunt. ab eo quod est magis et minus argumenta ministrantium. Quod in expositione topicorum aristotilis diligentius persecuti sumus. Item ex proportione ut si queratur an sorte sint eligendi in ciuitatibus magistratus. Dicamus minime. Quia nec in nauibus quidem gubernator sorte preficitur. Est enim proportio. Nam ut sese gubernator habet ad nauim ita magistratus ad ciuitatem. Hic autem locus distat ab eo qui ex similibus ducitur. Ibi enim una res cuilibet alteri comparatur pro similitudinem. In proportione uero non est similitudo rerum sed quedam habitudinis comparatio. Questio de accidenti. Maxima propositio. Quod in unaquaque re euenit. id in eius proportionali euenire. Locus a proportione. Ex oppositis uero multiplex locus est. Quattuor enim opponuntur modis. Aut enim ut contraria aduerso sese loco constituta respiciunt. Aut ut priuatio et habitus. aut ut relatio. aut ut affirmatio et negatio. Quorum discrepationes in libro qui de decem predicamentis scriptus est commemorate sunt. Ab his argumenta nascuntur hoc modo. A contrariis Si queratur. an sit uirtutis proprium laudari. Dicam minime. quoniam nec uitii quidem uituperari. Questio de proprio. Maxima propositio Contraria contrariis conueniunt. Locus ab oppositis. id est ex contrario. Rursus sit in questione positum. An sit proprium oculos habentium uidere. Dicam minime. Eos namque qui uiderint alias etiam cecos esse contingit. Nam in quibus est habitus in eisdem poterit esse priuatio. Et quod est proprium non potest a subiecto discedere. et quoniam ueniente cecitate uisus discedit non proprium esse oculos habentium uidere conuincitur. Questio de proprio. Maxima propositio. Quod ubi priuatio adesse poterit habitus proprium non est. Locus ab oppositis secundum habitum ac priuationem. Rursus sit in questione propositum. an patris sit proprium procreatorem esse. Dicam recte uideri. quia filii est procreatum esse proprium. Ut enim se habet pater ad filium. ita procreator ad procreatum. Questio de proprio. Maxima propositio. Ad se relatiuorum propria et ipsa ad se referuntur. Locus a relatiuis oppositis. Item sit in questione positum. an sit animalis proprium moueri. negetur. quia nec inanimati quidem est proprium non moueri. Questio de proprio. Maxima propositio. Oppositorum opposita oportet esse propria. Locus ab oppositis secundum affirmationem et negationem. Moueri enim et non moueri secundum affirmationem et negationem sibimet opponuntur. Ex transumptione uero hoc modo fit. Cum ex his terminis in quibus questio constituta est ad aliud quiddam notius dubitatio transfertur. et ex eius probatione ea que in questione sunt posita confirmantur. Ut socrates cum quid posset in unoquoque iusticia quereret. omnem tractatum ad rei publice transtulit magnitudinem. Atque ex eo quod illic efficeret in singulis etiam ualere curauit. Qui locus a toto forsitan esse uidetur. Sed quoniam non heret in his de quibus proponitur terminis. sed extra posita res hoc tantum quia notior uideatur assumitur idcirco ex transumptione locus hic conuenienti uocabulo nuncupatus est. Fit uero hec transumptio et in nomine quotiens ab obscuro uocabulo ad notius argumentatio transfertur hoc modo. Ut si queratur an phylosophus inuideat. Sitque ignotum quod philosophus significet nomen. dicemus ad uocabulum notius transferentes. non inuidere qui sapiens sit. Notius enim est sapientis uocabulum quam philosophi. Ac de his quidem locis qui extrinsecus assumuntur idonee dictum est. Nunc de mediis disputabitur. Medii autem loci

sumuntur. vel ex casu. vel ex coniugatis. vel
ex divisione nascentes. Casus est alicuius nomi-
nis principalis inflexio in adverbium. ut ab iu-
sticia inflectitur iuste. Casus est igitur a iusti-
cia id quod dicimus iuste. Coniugata vero dicun-
tur que ab eodem diverso modo deducta fluxe-
runt. ut a iusticia iustum iustus. Hec igitur
inter se et cum ipsa iusticia coniugata dicuntur.
Ex quibus omnibus in promptu sunt argumen-
ta. Nam si quod iustum est bonum est et quod
iuste est bene est. Et si qui iustus est bonus est
et iusticia bona est. Hec igitur secundum proprii nominis
similitudinem consequantur. Medii vero loci ap-
pellantur quoniam si de iusticia queritur et a casu
vel a coniugatis argumenta ducuntur neque
ab ipsa proprie atque continenter nec ab his que sunt
extrinsecus posita videntur trahi. sed ex ipsorum
casibus id est quadam ab ipsis levi mutatione
deductis. Iure igitur hi loci medii inter illos
qui ab ipsis et eos qui sunt extrinsecus collo-
cantur. Restat locus a divisione qui tracta-
tur hoc modo. Omnis divisio vel negatione
fit vel particione. Negatione fit ut si quis
ita proponat. Omne animal aut habet pe-
des aut non habet. Particione vero velut si quis
dicat. Omnis homo aut sanus est. aut eger.
Fit autem universa divisio vel generis in spe-
cies. vel totius in partes. vel vocis in proprias
significationes. vel accidentis in accidentia.
Quorum omnium rationem in eo libro dili-
gentius explicavi quem de divisione compo-
sui. atque iccirco inde ad horum cognitionem
congrua petantur exempla. Fiunt autem
argumentationes per divisionem tum ea se-
gregatione que per negationem fit. tum ea
que per particionem. Sed qui his divisionibus
utuntur aut directa ratiocinatione conten-
dunt. aut in aliquid impossibile atque incon-
veniens ducunt. Atque ita id quod relique-
rant rursus assumunt. que facilius quisque
cognoscet si prioribus analecticis operam dede-
rit. horum tamen in presens talia monstra-
bunt exempla noticiam. Sit in questione
propositum. an ulla sit origo temporis. Quod
qui negare volet id nimirum ratiocinati-
one firmabit nullo modo esse ortum. Idque
directa ratiocinatione monstrabit hoc
modo. Tempus aut habet originem. aut non.
Sed quoniam mundus eternus est. id enim
paulisper argumenti gratia concedatur.
mundus vero sine tempore esse non potuit.
tempus quoque eternum est. Sed quod eternum
est caret origine. Tempus igitur originem non
habet. At si per impossibilitatem idem desideretur
ostendi dicetur hoc modo. Tempus aut originem
habet aut non. Sed si originem tempus habet
non fuit semper tempus. Habet autem originem
fuit igitur quando non fuit tempus. Sed fuis-
se temporis significatio est. Fuit igitur tem-
pus quando non fuit tempus quod fieri non
potest. Non est igitur ullum principium tem-
poris. Posito namque ut ab ullo principio ceperit
inconveniens quoddam atque impossibile
contingit fuisse tempus quando non fuit
tempus. Reditur itaque ad alteram partem
quod originem careat. Sed hec que ex negati-
one divisio est cum per ea quelibet argumen-
ta sumuntur nequit fieri ut utrumque sit
quod affirmatione et negatione dividitur.
Itaque sublato uno alterum ponitur. Positoque
altero alterum tollitur. Vocaturque hic a
divisione locus medius inter eos qui ab ipso
duci solent atque eos qui extrinsecus assumun-
tur. Cum enim queritur an ulla temporis
sit origo sumitur quidem esse originem et ex
eo per propriam consequentiam ex re ipsa que
queritur fit impossibilitatis et mendacii
sillogismus. Quo concluso reditur ad pri-
us quod verum esse necesse est. siquidem
id quod ei positum est ad impossibile aliquid
inconveniensque perducitur. Itaque quoniam ex ipsa
re de qua queritur fieri sillogismus solet.
quasi ab ipsis locus est ductus. Quoniam vero non in
eo permanet sed ad oppositum redit quasi ex-
trinsecus sumitur. Ideirco hic a divisione
locus inter utrumque medius collocatur.
At vero hi qui ex particione sumuntur du-
plici fiunt modo. Aliquotiens enim que di-
viduntur simul esse possunt. ut si vocem in
significationes dividamus omnes simul esse
possunt. veluti cum dicimus. Amplector.
aut actionem significat. aut passionem.
simul utrumque significare potest. Aliquoti-
ens veluti negationis modo que dividuntur

simul esse non possunt. Ut aut sanus est aut
eger. Fit autem ratiocinatio in priori quidem
modo divisionis, cum quia omnibus adest
quod queritur vel non adest, cum vero idcirco
alteri adesse quod alii adsit aut minime.
Hec in his explicandis divisionibus laboravimus si pri
ores resolutorii vel topica diligentis ingenii
[lectoris inspexerit. Nam si queratur utrum]
canis substantia sit. Atque hanc divisionem fa
ciat collocutor. Canis vel latrabilis anima
lis est vel marine belue vel celestis sideris
nomen. Demonstretque per singula et canem
latrabilem substantiam esse, marinamque
beluam et sydus substantie posse supponi
monstravit canem esse substantiam. Atque hic
quidem ex ipsis in questione positis videbitur
argumenta traxisse. At in talibus sillogismis.
Aut sanus est aut eger. Sed sanus est. non est
igitur eger. Sed sanus non est. eger igitur
est. Vel ita. Sed eger est. Sanus igitur non
est. Vel ita. Sed eger non est. Sanus igitur est.
Ab his que sunt extrinsecus sumptus est sillo
gismus id est ab oppositis. Idcirco igitur to
tus hic a divisione locus inter utrosque medius
esse perhibetur: quia sive in negatione sit constitu
tus aliquo modo quidem ex ipsis sumitur
aliquo modo vero ab exterioribus venit. Sive a par
titione ducantur argumenta. nunc quidem
ab ipsis. nunc vero ab exterioribus copiam pres
tant. Et greci quidem themistii diligentissi
mi scriptoris ac lucidi et omnia ad facilitatem
intelligentie revocantis talis locorum vide
tur esse partitio. Que cum ita sint breviter
in his locorum divisio commemoranda est
ut nichil preterea relictum esse monstretur
quod non intra eam probetur inclusum. De
quo enim in qualibet questione dubitatur
id ita firmabitur argumentis. Ut ea vel ex ipsis
[sumantur que in questione sunt constituta]
vel extrinsecus ducantur. Vel quasi in confi
nio horum posita vestigentur. Ac preter hanc
quidem divisionem nichil extra inveniri po
test. Sed si ab ipsis sumitur argumentum. Aut
ab ipsorum necesse est substantia sumatur.
Aut ab his que ea consequantur. Aut ab his
que inseparabiliter accidunt vel eis adhe
rent et ab eorum substantia separari seiungi
que vel non possunt vel non solent. Que vero
ab eorum substantia ducuntur: ea aut in des
criptione. aut in diffinitione sunt et preter
hec in nominis interpretatione. Que vero ea
velut substantias continentia consequantur
talia sunt ut vel generi. vel differentie. vel
integri. vel specierum vel partium loco cir
ca ea que inquiruntur assistant. Item cause
vel efficientes. vel materia. vel forma. vel finis
vel effectus. vel corruptiones. vel usus vel qua
litas. vel tempus. vel modus. vel locus. Quod
vero proprie inseparabile vel adherens accidens
[nuncupatur id in communi inter accidentia]
numerabitur. et preter hec quod aliud cuique
inesse possit non potest inveniri. Quibus ita posi
tis inspiciamus eos locos nunc quos dudum
extrinsecus pronuntiavimus assumi. Ea enim
que extrinsecus assumuntur non sunt ita
separata atque disiuncta ut non aliquo mo
do quasi e regione quadam ea que querun
[tur aspiciant. Nam et similitudines et oppo]
sita ad ea sine dubio referuntur quibus similia
vel opposita sunt. licet iure atque ordine vide
antur extrinsecus collocata. Sunt autem hec
Similitudo. oppositio. maius minus. Rei
iudicium. In similitudine enim. cum rei
similitudo. cum proportionis ratio continetur.
Omnia enim similitudinem tenent. Oppo
sita vero in contrariis. In privationibus. In relati
onibus. In negationibus constant. Comparatio
vero maioris ad minus quedam quasi simili
um dissimilitudo est. Rerum enim per se simili
um in quantitate discretio maius facit ac
minus. Quod enim qualitate omni. omnique
ratione disiunctum est id nullo modo pote
rit comparari. Extra vero iudicio que sunt
argumenta quasi testimonium prebent.
Et sunt inartificiales loci atque omnino disiun
cti. nec rem potius quam opinionem iudicium
[que sequuntur. Transsumptionis vero locus nunc]
quidem in equalitate. nunc vero in maioris
minoris ve comparatione consistit. Aut enim
ad id quod est simile. aut ad id quod est
maius ac minus fit argumentorum ratio
numque transsumptio. Hii vero loci quos inter
eos esse prediximus. Aut ex casibus. aut ex
coniugatis. aut ex divisione nascuntur

In quibus omnibus consequentia et repugnantia custoditur. Sed ea quidem que ex diffinitione, uel genere, uel differentia, uel causis argumenta ducuntur demonstratiuis maxime sillogismis uires atque ordinem subministrant. Reliqua uero uerisimilibus ac dialecticis. Atque hi loci qui maxime in eorum substantia sunt de quibus in questione dubitatur ad predicatiuos ac simplices. Reliqui uero ad hypotheticos et conditionales respiciunt sillogismos. Expeditis igitur locis et diligenter tam diffinitione quam exemplorum luce patefactis dicendum uidetur quomodo hi loci maximarum sint differentie propositionum, idque breui. Neque enim longa disputatione res eget. Omnes enim maxime propositiones uel diffinitionem continent, uel descriptionem, uel nominis interpretationem, uel totum uel genus uel partes uel species, uel cetera quibus differunt inter se maxime propositiones. Hec in eo quod sunt maxime non differunt, sed in eo quod hec quidem a diffinitione, illa uero a genere, alie uero ueniunt ab aliis locis. Et his iure differre hique earum differentie esse dicuntur. Sed quoniam themistii diuisio patefacta est, nunc ad M. tullii transeamus.

uod locorum differentias uarie multipliciterque tractamus nichil mirum diligentibus ingeniis uideri debet, cum manifestum sit unamquamque rem multas sepe differentias atque uarias diuisionis figuras posse pati. Nam quia res singulas non una sed sepe plures differentie comprehendunt, necesse est ut secundum differentiarum uarietatem fiat etiam diuersitas diuisionum. Ut numeri nunc eas colligimus differentias quod alii pares alii uero impares sunt. Nunc uero quod alii primi atque incompositi, alii secundi atque compositi. Triangulorum etiam multis modis fieri particionem geometrice discipline tenor ostendit. Id tamen in omnibus prouidendum est si nichil extra in qualibet diuisionis forma relinquatur, nichil ultra superfluum ac preterquam necesse est agatur. Quare nichil mirum uideri debet si cum antea secundum themistium locorum differentias declarauimus nunc diuersas secundum marcum tullium depingamus. Cuius proposita breuiter particione atque exemplis conuenientibus expedita, tum demum quo differat uel quo congruat superius digeste diuisioni quomodo etiam altera claudat alteram commemorabo. Nam cum marcus tullius omnem loycam facultatem quam rationem diligentem differendi dixit duas habere partes proposuit, unam inueniendi, alteram iudicandi, cumque locos diffinierit argumenti sedes de quibus secundum argumenta promuntur, argumentum etiam rationem que rei dubie faciat fidem, diuisionem omnium locorum hoc modo facit. Ex his inquit locis quibus argumenta inclusa sunt, alii in ipso herent de quo agitur, alii assumuntur extrinsecus. Duas igitur species locorum fecit. Alios enim in ipsis questionibus terminis herere proposuit, alios extrinsecus assumi. Atque eos quidem qui in ipsis herent de quibus queritur tali diuisione partitur: In ipso inquit, tum ex toto, tum ex partibus eius, tum ex nota, tum ex his rebus que quodam modo affecte sunt ad id de quo queritur. Extrinsecus autem ea dicuntur assumi que absunt longeque disiuncta sunt. Post hec eum locum qui ab effectis ducitur in conuenientia membra partitus est hoc modo. Alia enim sunt coniugata, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex coniunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum, aut minorum, aut parium. Quorum quidem omnium et natura breuiter attingenda est et exempla ponenda. Eorum igitur locorum qui in ipso de quo agitur herent, primum dixit esse a toto. Totum autem in diffinitione uniuscuiusque rei constituit. Omnis autem diffinitio rei quam diffinit adequatur. Quod si una queque res totum est, nichil enim integrum esse nisi totum potest, diffinitionem quoque totum esse necesse est, id est que totam rei quam diffinit substantiam claudit. Diffinitio uero est oratio que uniuscuiusque rei

quidem esse designat. Ab hac ita ducitur argumentum. ut si sit questio an arbores quoque sint animalia. Dicam. animal est substantia animata sensibilis. At arbor non est substantia animata sensibilis. Non sunt igitur arbores animalia. Questio de genere. Maxima propositio. Unde diffinitio abest illud quoque abesse quod diffinitur. Locus a diffinitione. Partes vero sunt quorum conventu efficitur totum. Partes etiam vocantur que dividunt totum. Hec autem species vel forme nuncupari solent. A quibus hoc modo sumitur argumentum. Ab his quidem partibus quarum coniunctione componitur totum hoc modo. Ut si sit dubitatio an anima corporea sit partiemur animam velut his tribus partibus quod vel vegetabilem eam vel sensibilem vel intelligibilem prestet. At neque ipsum vegetare neque sentire neque intelligere corporale est. Cumque nulla sit pars anime corporalis omnino anima corporalis non esse monstrata est. Questio de genere. id est an anima corpori subiciatur ut generi. Argumentum a partibus. Maxima propositio. a quibus partes absunt. totum quoque abesse. Argumentum a partibus totum continentibus. Item ab his partibus que totum dividunt hoc modo. Sit in questione. An anima secundum locum moveatur. Dicam. Motus secundum locum tres species sunt. Crementum. Diminutio. et mutatio. Anima vero neque crescit. neque minuitur. neque ab alio loco transit ad alium non igitur movetur. Questio de accidenti. Maxima propositio eadem supra. Locus a partibus totum dividentibus. A nota vero argumentum quotiens ab interpretatione nominis rei dubie fides queritur hoc modo. Ut si dubitetur an philosophia bonum sit. Dicemus. Philosophia est amor sapientie. At id bonum est. Philosophia igitur bona est. Hic igitur nomen diffinimus secundum nominis diffinitione perdidimus. Et est questio de genere. Maxima propositio. Nominis interpretatione rem declararis. Locus a notatione. Coniugata sunt que ab eodem nomine flectuntur. Ut iusticia iustum iuste. Ab hoc ita capitur argumentum. Ut si queratur an ridere sit gaudere. Dicemus. Si risus est gaudium. et ridere est gaudere. Questio de accidenti. Maxima propositio. Coniugatorum eandem esse naturam. Locus a coniugatis. Species est quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid est predicatur. Ab hoc ita ducitur argumentum. Ut si queratur. Utrum anima numerus sit se ipsum movens. ut Xenocrati placet. Dicemus. Anima substantia est. Numerus vero substantia non est. Anima igitur numerus non est. Questio de diffinitione. Locus a genere. Maxima propositio. Quorum diversa sunt genera ipsa quoque esse diversa. Forma est que de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit predicatur. Ab hac ita fit argumentum. ut si queratur. an color sit in subiecto. id approbamus eo quoniam album vel nigrum sunt in subiecto. a specie scilicet ad genus deducentes. Questio de genere. Nam in subiecto esse vel non esse accidens vel substantiam significat que sunt prima rerum genera. Maxima propositio. In formis spectari generum proprietatem. Locus a forma. Similitudo est eadem rerum differentium qualitas. Ab hac ita fieri argumentum videtur. ut si queratur an forte electione rectores civitatibus dandi sint. Negatur quoniam ne navi quidem forte sed electione peritus rector eligitur. Similis enim est navis quidem civitati. gubernator autem magistratui. Questio de accidenti. Locus a simili. Maxima propositio. De similibus idem esse iudicium. Item a differentia. ut si queratur an idem sit rex. quod tyrannus. Dicemus minime. Nam in rege pietas. mansuetudo iusticia. In tyranno cuncta diversa sunt. Questio de diffinitione. Locus a differentia. Maxima propositio. Differentium rerum idem esse iudicium. Contraria vero que Cicero appellat quattuor dividuntur modis. Aut enim adversa sunt. ut album nigrum. aut privantia ut iusticia et iniusticia. Aut relativa. ut dominus. servus. aut negativa ut videre et non videre. Ab his omnibus ita sumuntur argumenta. Ab adversis. Si bona est sanitas mala est egritudo. A privantibus. Si iniusticiam fugimus iusticiam sequamur. A relativis quidem. Quisquis pater vult esse habeat filium. A negantibus. Nonne accusas fecisse quod me non fecisse defendis. Questiones de

accidentibus. Maxima propositio. In adversis et privantibus et negantibus contraria sibi convenire non posse. In relatis autem absque se esse non posse. Locus a contrariis quae inclusa opposita vocantur. Adiuncta sunt quae sumptum locum [illegible] ut ante partum quaedam [illegible] ut amori congressio [illegible] adiuncta sunt [illegible] ut ambulationi pedum strepitus. Quaedam consequuntur ut amore facinus. Mentis trepidatio. Neque haec necessaria sunt, sed frequenter eveniunt. Nam neque qui congressus est modis omnibus adamavit. Et qui congressus non est, uno est semel aspectu in amorem incidit. Et cum ambulante aliquo non esse strepitus pedum. Et non ambulante pedes strepere si uno eodemque loco consistens pedes moveat. Et trepidare quis cum nil atrox fecerit. Et non trepidare qui fecerit. Ab his ducitur argumentum. Vel cum amare aliquem suspicamur quia fuerit ante congressus, vel ambulasse aliquem in loco cum pedum strepitus fuerit auditus. Vel atrox facinus commisisse quem trepidare videamus. Atque in his. Questiones de accidentibus. Locus ab adiunctis. Maxima propositio ex adiunctis adiuncta perpendi. Antecedentia vero sunt quibus positis statim aliud necesse est consequatur. Velut cum dicimus. Si homo est animal est. Neque in his temporum ratio, nec terum necessitas varia est, sed statim ut dictum fuerit quod antecedit, comitetur id quod consequens est. Hic vero locus totus in conditione est constitutus. Posita enim conditione si sit antecedens necesse est quod subsequitur hoc modo. Si peperit cum viro concubuit. Antecedens est peperisse, cum viro concubuisse est consequens. Nam neque illud queritur quod prius tempore sit quid ve posterius. Et sepe ita variantur ut id quod posterius est tempore antecedens esse videatur in propositione, ut peperisse posterius est quam concubuisse. Tamen si peperit modis omnibus cum viro concubuit. Et hoc prevaleat. Et prius positio illud necesse est intelligatur. Aliquotiens vero simul sunt, ut si sol ortus est dies est. Aliquotiens prius est quod precedit, posterius quod consequitur. Ut si arrogans est odiosus est. Ex arrogantia enim quisque fit odiosus. Ex antecedente igitur sumitur argumentum. Si peperit cum viro concubuit. Sumo quod antecedit. At peperit. Concludo quod consequitur. Cum viro igitur concubuit. A consequentibus ita. Sumo quod consequitur. At non concubuit cum viro. Concludo quod antecedit. Non igitur peperit. Questio de accidenti. Locus ab antecedentibus et consequentibus. Maxime propositiones. Posito antecedenti comitari quod subsequitur. Perempto consequenti perimitur quod antecedit. Repugnantia vero sunt contrariorum consequentia. Ut vigilare dormire contraria sunt; stertere dormienti adiunctum est. Stertere igitur ac vigilare repugnantia sunt. Ab his ita fit argumentum. Tune eum vigilare dicas qui stertit? Questio de accidenti. Argumentum a repugnantibus. Maxima propositio. Repugnantia sibi convenire non posse. Causa est efficiens quae quamlibet rem precedens efficit non tempore sed proprietate nature. Ut sol diem. Ab hac ita sumitur argumentum. Cur esse diem dubitas cum solem in celo esse conspicias? Questio de accidenti. Nam diem esse accidit aeri per solem esse lucidum. Argumentum ab efficientibus causis. Maxima propositio. Ubi causa est inde effectum deesse non posse. Effectum est quod efficit causa. Ab hoc ita sumitur argumentum. An tu dubitas amasse quam rapuit? Questio de accidenti. Argumentum ab effectis. Maxima propositio. Ubi effectum est causam abesse non posse. Velut non abfuit amor qui fuit causa cum rapuerit quod est effectum. Comparatio vero est maioris quotiens id quod minus est maiori comparatur. Ab hoc loco ita sumitur argumentum. Si his qui patriam bello persecutus est tandem veniam meruit a civibus, cur non his quoque mereatur qui obsidionem motam accusus est in exilium. Questio de accidenti. Argumentum a comparatione maioris. Maxima propositio. Quod vere maiori valet, valeat in minore. Minoris comparatio est quotiens maior res confertur minori. Atque ex eo capitur argumentum hoc modo. Si Gaium Graccum mediocriter labefactantem statum rei p. Scipio privatus interfecit, cur non Catilinam orbem

terre cede atq; incendio uastare cupientē consilii [illegible]
Argumentum a comparatione [illegible]
Maxima propositio. [illegible]
ualeat in maiore. Paria sunt quę eiusdem quantitatis sunt. & semp paritas similitudo est quantitatis. Ab hac ita fit argumentum Si demostenen quis laudare desideret cur [illegible]. Locus de accidenti.
Argumentum a comparatione parium. Maxima ppositio. Rerum parium idem ē iudicium. Restat his locus quem extrinsecus dixit [illegible]
tatis pbabilis est. nichil continens necessarium. Pbabile autem est quod uideatur uel omnib; uel pluribus uel doctis & sapientioribus & inter hos famosis atq; pstantibus. uel his qui scdm unamquamq; artem periti sciuntur. Ut medico in medicina. Geometer in geometria. Ab hoc loco tale ē argumentū Veluti si dicam. Difficile ēē cum cartaginensibus bellum. qm̄ id publius scipio cornelius affricanus dixit qui fuerat sepe expertus. Hic ū locus extrinsecus dicitur constitutus quoniam non de his qui predicati uel subiecti sunt ēnim sumitur sed ab extrinsecus posito iudicio uenit. Hic etiam inartificialis et artis expers uocatur qm̄ hic non sibi ipse conficit argumentum orator sed ppratas positasq; utitur testimoniis. Expeditis igitur marci tullii differentiis quib; ipse maximas ppositiones quas locos ēē diximus semp autem pertractanda m̄ breuiter uidetur superius digesta particio ut ea quę similia uidentur a semet ipsis ratione congrua segregentur. Similis enim uidetur locus. A toto ei quod est. A nota. Utrumq; enim in diffinitione est. constitutus. Nam interpretatio nominis quaedam [illegible] ipsius diffinitio est. Sed illa eorum maxima est differentia quia locus A toto rem diffinit. A nota ū rem non diffinit sed nomen interpretatur. Diuersa uero sē res ac nomen. Hoc enim significat illud significatur. Item locus a partium enumeratione consimilis uidetur ēē ei quod est a forma. Nam & forma pars est & qui genus diuidit enumerat. neq; enim aliter fieri argumentum ex forma potest nisi diuidatur a genere. Sumi enim forma omnino non potest nisi p diuisionem. Sed hic quoq; multa est differentia. Nam partium enumeratio totas diuidat necesse ē partes easq; uniuersas ad fidem [illegible] affirmat [illegible] partes si ne ille sint species. Ut speciebus quidem genus Totum ū partib; apbetur. In forma ū sufficit ad demonstrandum quod de genere dicitur una quelibet. Item locus a contrario & repugnantib; uidetur ēē consimilis. Sed habet differentiam quod contraria sibimet primis fron-[illegible] Repugnantia [illegible] orum coniunctionem sibi apphantur aduersa hoc modo. Ut uigilare ac dormire stantī sibi contraria sunt. Stertere ū repugnat uigilationi ideirco quia somno coniungitur. Adiuncta ū et antecedentia & consequentia quasi similia sunt. Sed distant qm̄ in adiunctis nulla necessitas est. In antecedentib; ū & consequentib; maxima. In adiunctis tempora minimum ualent. Nam quod adiunctū est uel precedere rem solet ut cum ea uno eodemq; tempore uel subsequi posterius. At in antecedentib; nichil horum est. sed non habita temporis ratione mox ut fuerit antecedens mox consequens ēē necesse est Et si consequens non fuerit antecedens necesse est interire. Ac de marci tullii locis sufficienter dictum ē. Nunc ad themistii reuertamur quoq; modo sibi superius digeste particiones consentire possint breuitē explicemus. Ac primum quidem totius particionis communiter differentias colligamus.

uperior diuisio docuit alios locos ēē themistii qui in ipsis terminis de quibus queritur [illegible]. Alios qui extrinsecus assumuntur. Alios qui inē utrosq; uersantur. Ut hec trina intelligatur diuisio. Ac marci tullii diuisio locos bipharia ostendit. Alios enim in eo ipso de quo agitur herere ppoint. atq; alios extrinsecus assumi. Hic igitur omnes eos locos quos medios themistius pposuit his [illegible] qui sunt in ipsis de quibus agitur ēnimis constituti. Et communiter quidem talis diuisionum est differentia que clarius appare-

bit si singula persequantur. Eos igitur locos quos positi sunt [illegible] de quibus in quaestione dubitatur priore partitione themistius [illegible] in substantia posuit. cum in substantiae consequentia. Substantiae uero consequentia sunt. Genus. Totum. Species. Pars. causa. efficiens. materia. forma. Effectum. Corruptio. finis. Usus. Communiter accidentia. Eos uero qui extrinsecus proponuntur assumi. [illegible]
Tum in quantitatis comparatione. Tum in oppositione separauit. Quos uero inter utrosque posuit hos in casibus et coniugatis et diuisione constituit. Sed marcus tullius eos qui in ipso sunt de quo quaeritur. Tum ex toto. tum ex partibus eius. Tum ex nota. tum ex his rebus quae quodam modo. affectae sunt ad id de quo quaeritur posuit. Ipsa uero quae affecta sunt multipharia partitus est. Solum uero iudicium extrinsecus segregauit. plures que partes eorum quae in prima diuisione themistii posita sunt substantiae consequentia [illegible] locos medios inter affecta numerauit. Interea uero uaria partitione necesse est ut utraeque sibi non eadem parte conueniant. Id uero in conuenientis multiplicem diuisis fieri potest. Velut si quis diuidat. Triangulorum formas sic. Triangulorum aliae sunt aequilaterae formae. Aliae duo tantum latera habentes aequalia. Aliae uero totis inaequalibus lateribus iunctae. Rursus sit ista diuisio triangulorum. Ut alias dicat aliquis rectum habentes angulum quae ortogoniae nuncupantur. Alias tribus acutis angulis contineri quae sunt exigoniae. Alia uero in obtusum angulum tendi quae sunt ampligoniae. Necesse est igitur ut utraeque diuisiones sibi diuersa partium ratione conueniant. Nam quod est ortogonium quidem id semper uel duobus lateribus aequaliter continetur uel tribus inaequalibus. Quod uero ambligonium id uel duobus lateribus aequalibus continetur. uel tribus inaequalibus. Sed quod est exigonium id uel tribus lateribus uel duobus aequalibus continetur. Rursus id quod est aequilaterum semper est exigonium. Id uero quod duobus aequalibus lateribus continetur. uel ortogonium uel ampligonium. uel exigonium esse potest. Quod [illegible] tribus inaequalibus lateribus continetur uel ortogonium uel ampligonium [illegible] esse necesse est. [illegible] igitur [illegible] marci tullii atque themistii diuisiones a principio [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Disponamus igitur omnem themistii diuisionem et post hanc subiectam tulliana partitio. Ut ea quae dicenda sunt aptis oculis subiecta clarescant





[illegible] ubus ita descriptis nunc quemadmodum [illegible]
partitioni conueniat explicemus. Cum igitur locum quem cicero dixit. A toto. A substantia themistius esse proposuit. Utrumque enim indiffini-

68

tione consistit siue illa substantialis sit siue descriptio. A partium uero enumeratione locus ex ciceronis topicis positus id est qui in themistii diuisione inter medios. A diuisione est nominatus. Quotiens enim aliquod uel esse uel non esse. monstrare contendimus si fidem a partium enumeratione capiamus id ex diuisione necessario faciendum est. Diuisio uero aut formarum aut partium processit quamquam locus quoque qui ex diuisione a themistio inter medios collocatus est. A cicerone in generis tractatione ponatur. Ait enim tullius cum de genere loqueretur hoc modo. Commode etiam tractatur hec argumentatio que ex genere sumitur cum ex toto partes persequare hoc modo. Si dolus malus est cum aliud agitur aliud simulatur. Enumerare licet quibus modis id fiat deinde in eorum aliquo modo id quod arguas dolo malo factum includere. Quod genus argumenti in primis firmum uideri solet. A notatione tullii locus est is qui themistii. A nominis interpretatione. A coniugatis communis est locus quem themistius inter medios collocauit. A genere quem marcus tullius posuit. A toto themistius. A forma ciceronis. A parte id est a specie themistii. A similitudine communis. A differentia marci tullii. A toto in themistii diuisione uel a parte intelligi potest. A toto quidem si sit constitutiua differentia de qua sumitur argumentum. A parte uero si sit diuisibilis. A contrario idem locus est ciceronis qui a themistio. ab oppositis dictus est. et extrinsecus constitutus. Ab adiunctis ille est qui in themistii partitione. A communiter accidentibus dicitur inter consequentia substantie nominatus. Ab antecedentibus et consequentibus locus pluri fariam spargitur. Nam et diffinitio et descriptio et antecedere rem et consequi possunt. Itemque nominis interpretatio. Item species antecedit genus sequitur. Causa autem efficiens antecedit et sequitur effectus. Materia uero antecedit effectum. Communiter quoque accidentia si inseparabilia sint necesse est ut consequantur. Coniugata esse se uel antecedere uel consequi. Itaque hic locus pluribus in themistii est. non tamen in uerbis ab omnibus quam in interpretatione diuisus. Ipsa enim conditio consequentie locum alium facit cum ipsa conditio consequentie. Vel in diffinitione. uel descriptione. uel in forma uel in causa. Vel in ceteris posita sit. Repugnantia uero oppositis aggregantur. Efficientia causis efficientibus uel materie effecta illis sunt similia loco quem themistius posuit a fine. Nam causarum effectus finis est. A comparatione maioris uel minoris idem locus est qui apud themistium inter extrinsecus locos ponitur. A maiore uel minore a comparatione parium inter eos qui a simili dicuntur esse putandus est. Dictum est enim in quantitate similitudinem esse paritatem. Restat locus utrisque communis qui extrinsecus collocatus est quem cicero sicut themistius quoque a iudicio rei esse proposuit. Et marci tullii quidem diuisio superiori themistii partitione tali modo includi. Quod licet in subiecta descriptione perspicere.

A toto.	A substantia.
A partibus.	A diuisione.
A nota.	A nominis interpretatione.
A coniugatis.	A coniugatis.
A genere.	A genere.
A forma.	A parte id est specie.
A similitudine	A simili
A differentia.	A genere uel a parte id est specie.
A contrario.	Ab oppositis
Ab adiunctis.	A communiter accidentibus
Ab antecedentibus.	
A consequentibus.	
A repugnantibus.	Ab oppositis.
A causis efficientibus.	A causis.
Ab effectis	A fine.
A comparatione.	
maiorum.	A maiore.
minorum.	A minore
parium.	A simili.
Ab auctoritate	A rei iudicio

[O]mnis quidem marci tullii partitio locorum in themistii diuisione superioris descriptionis formula uidetur inclusa. Nunc themistii diuisio ad marci tullii reducenda est. Cuius quidem multa pars ciceronis conuenit etiam sicut prior docet descriptio. Quod uero ex themistii su-

per est diuisione id si ad tullianę particionis ordinem referatur facili compendio quemadmodum ad se inuicem particiones reducantur ostenditur. Nam continue marci tullii diuisioni ex themistii locis in superiore descriptione conuenerunt. Ciceronis quidem a toto themistii. a substantia. A partium enumeratione ciceronis. A diuisione themistii. A nota ciceronis. A nominis interpretatione themistii. A coniugatis. utrorumque communis. A genere ciceronis. A toto themistii. A forma ciceronis. A parte id est a specie themistii. A similitudine communis. A differentia ciceronis. Vel a parte uel a toto themistii. A contrario ciceronis idem apud themistium ab oppositis. A adiunctis ciceronis eundem a communiter accidentibus themistius posuit. Ab antecedentibus et consequentibus item cum pluribus. A repugnantibus ciceronis. A themistio ab oppositis dicitur. Ab efficientibus ciceronis. A causis themistii. Ab effectis tullii. a fine themistii. A comparatione maioris ac minoris marci tullii idem sunt a maiore ac minore themistii. A comparatione parium ciceronis. A similibus themistii. Cum igitur ciceronis plena diuisio aliquibus membris themistianę diuisionis aptetur fieri non potest ut membra themistianę diuisionis statim ad tulliane conuenientia reducantur. Quo circa si quid reliquum est ex themistii et quod superiori formulę non uidetur plene ascriptum marci tullii diuisione poterimus aptare. Inuicem enim sibi diuisiones alterna recipeatione coniunctę sunt. Restant autem ex themistii locis hii. A usibus. ab effectis et corruptionibus. A proportione et transsumptione quorum quidem ab usibus. si usus alicuius rei effector est ei loco ciceronis adhibendus est. qui ab effectis nuncupatur. Ab effectis uero siquidem efficere aliquod effectum. Ab efficientibus causis est. Si uero ipse effectus aliquid plenum confectumque demonstrat is locus est quem ab effectis tullius dixit. A corruptionibus uero. Ab effectis dici potest. Nam communis generatio efficiat aliquid id est substantiam formet. corruptio rursus ipsa quoque efficit quiddam id est substantiali forma soluit ac priuat. Velut mors facit corporis dissolutionem. A proportione quoque idem est quem tullius a similibus dixit. Nam multorum in multis similitudo est proportio. A transsumptione uero siquidem ad maiora fit. Locus a maiorum comparatione. Si uero ad minora locus est a minorum comparatione. Quod si ad paria locus est a parium. Atque in his omnibus reducendis tolerantius est discretionis exemplum

A usibus. Ab effectis. A corruptionibus

Ab efficientibus. Ab effectis

A proportione. A transsumptione

A similibus. A comparatione maiorum. minorum. Parium.

Ac de dialecticis quidem locis quantum propositi operis ratio postulat expliciuimus. Nunc uero de rethoricis dicendum est quid sint uel qui a dialecticis discrepare uideantur. Ad cuius plenam disputationem integri quarti uoluminis spatium reseruemus.

Si quis operis titulum diligens examinator inspiciat cum de topicis differentiis conscribamus non id a nobis tantum expectare decebit. ut locorum inter se dialecticorum uel etiam rethoricorum differentias demum. Verum id multo magis ut dialecticos locos a rethoricis segregemus. Qui nos efficacius aggredi posse arbitramur si ab ipsa facultatum natura disputandi sumamus exordium. Ostensa enim dialecticę ac rethoricę similitudine ac dissimilitudine ab ipsarum facultatum necesse est formis etiam locorum qui eisdem facultatibus deseruiunt communitates discrepantiasque ducamus. Dialectica igitur facultas θhcyc considerat. Thesis uero est sine circumstantiis questio. Rethorica uero de hypothesibus id est questionibus circumstantiarum multitudine inclusis tractat et disserit. Circumstantię uero sunt. Quis quod. ubi. Quando. Cur. Quomodo. quibus adminiculis. Rursus dialectica quidem si quando circumstantias. uelut personam. factum ue aliquid ad disputationem sumit non principaliter sed omnem eius uim ad thesim de qua

differre monstravero. Rhetorica vero si thesim assumpserit ad hypothesim trahit. Et utraque suam materiam tractat, sed alterius assumit ut propriae in sua facultate materia utatur. Rursus dialectica interrogatione ac responsione constricta est. Rhetorica vero rem propositam perpetua oratione decurrit. Item dialectica perfectis utitur syllogismis. Rhetorica enthymematum brevitate contenta est. Illud etiam differentiam facit quod rhetor habet aliquem praeter adversarium iudicem qui inter utrosque disceptet. Dialectico vero ille fert sententiam qui adversarius sedet. Ab adversario enim responsio velut quaedam sententia sub tilitate interrogatione elicitur. Quae cum ita sint omnis differentia vel in materia vel in usu vel in fine est constituta. In materia quod thesis atque hypothesis materia utrisque subiecta est. In usibus quod dialectica vel interrogatione, Rhetorica perpetua oratione disceptat, vel quod haec integris syllogismis, illa vero enthymematibus gaudet. Fine vero quod haec persuadere iudici, illa quod vult adversario extorquere conatur. Quibus ita praecognitis paulo posterius et quaestiones rhetoricas quae in constitutionibus positae sunt et proprii generis enumerabimus locos. Nunc paulisper in hoc videtur de tota admodum breviter facultate tractandum. Magnum opus ac difficile est. Quanta enim sibimet rhetorica ars cognatione iungatur non facile considerari potest. Vix est etiam ut auditu animadverti queat, nedum sit facile repertu. De cuius quidem rei traditione nihil ab antiquis praeceptoribus accepimus. De unoquoque enim praecipiunt, nihil de communi laborantes. Quam partem doctrinae nos etiam ut possumus aggrediemur. Dicemus igitur de genere artis et speciebus et materia et partibus, instrumento instrumentique partibus, opere etiam officio actoris et fine, postea de quaestionibus et locis. Quo circa quid in communi speculandum est, hinc differendi sumamus exordium. Rhetoricae quidem genus est facultas. Species vero tres. Iudiciale. demonstrativum. deliberativum. Et genus quidem id esse quod diximus patet. Species vero ideirco sunt quas superius enumeravimus, quoniam in his est tota rhetorica. In iudiciali genere causarum integra. Item in demonstrativa vel deliberativa. Sed haec genera sunt causarum. Omnes enim causae vel speciales vel individuae sub uno trium generum cadunt. Ut sub iudiciali quidem speciales ut maiestatis vel repetundarum. Individuae vero ut Corneli maiestatis vel Verris repetundarum. Sub deliberativum vero quaecumque causae consultationem habent, ut specialiter accipias de bello vel de pace. Sin vero individuae, ut de bello Pyrrhi vel pace. Eodem modo etiam in demonstrativis quaecumque veniunt in laudem et vituperationem. Specialiter quidem ut laus viri fortis. Individuae vero ut laus Scipionis sub demonstratione ponuntur. Materia vero huius facultatis est. Omnis quidem res proposita addictioni, fit autem civilis quaestio. In hanc species a rhetorica venientes quasi quandam formae capiunt sibi materiam. Et triplici tenent informatam figuram, quod posterius liquebit. Ut civilis quaestio quae adhuc informis secundum species erat, fiat accepto fine unicuique speciei rhetoricae subiecta. Ut informis adhuc civilis quaestio cum acceperit ex iudiciali iusti finem fiat ipsa civilis quaestio in iudiciali genere constituta. Cum vero ex deliberativo sumpserit utile vel honestum, tum fiet ipsa civilis quaestio in deliberativo causarum genere constituta. Sin vero ex demonstratione sumpserit bonum, tum fiet ex demonstrativa civilis quaestio. Venimus autem in materiam species ex rhetorica ideirco quod aliter in materia sua quaelibet facultas non potest operari quasi suas adhibeat partes. Absentibus enim cunctis partibus suis rhetorica quoque et ipsa est absens. Sed quoniam de speciebus dictum est rhetoricae, quoniam sunt genera causarum, ita fit ut omnium negotiorum quae in civili quaestione constituta sunt informatorum a fine iusti iudiciale sit genus. Omnium vero quae constituta in civili quaestione honestum vel utile finem ceperunt deliberativum sit genus. Omniumque quae in civili posita quaestione finem honesti tantum boni nes sumpserunt, sit demonstrativum genus. Sed de his hactenus. Nunc de partibus rhetoricae providendum est. Partes enim rhetoricae sunt quinque. Inventio. Dispositio. Eloquutio.

[illegible] pronuntiatio. Partes autem uocan-
tur iccirco quia si quid horum defuerit oratio
imperfecta facultas est. atq; ideo que uniuersam
formant oratoriam facultatem ea partes fa-
cultatis eius dicere ius est. Sed hec partes
quoniam rethorice facultatis sunt totamq; retho-
ricam facultatem componunt. necesse est
ubi fuerit rethorica. ipse quoq; subsequan-
tur. At est rethorica in propriis speciebus integra.
Omnis igitur rethorice partes [illegible] rethori-
cas speciebus. Quo circa etiam his ciuilibus negoci-
is tractandis adhibebuntur que a supradictis
rethorice speciebus informantur. Cum ig[itur]
in iudiciali negocio et in deliberatiuo et in de-
monstratiuo. Inuentio. Dispositio. Eloqu-
tio. memoria. Pronuntiatioq; conueniunt.
Quoniam uero omnis fere facultas instru-
mento utitur ad faciendum quod potest. eti-
am rethorice facultatis erit aliquod instru-
mentum. Hoc uero est oratio. Que partim
in ciuili genere uersatur partim minime.
De ea autem oratione nunc loquimur que ha-
bet aliquam questionem. uel que ad finem
explande questionis accomodatur. Ea uero
oratio que in ciuili genere uersatur conti-
nue decurrit. Ea u[ero] que non est in ciuilibus
causis. Interrogatione et responsione expli-
catur. Sed prior rethorica. Secunda dialectica
nuncupatur. Que hoc superiore differt. Pri-
mum quod illa ciuilis ΥΠΟΘΕCΙC. illa ΘΕ-
CΙC considerat. Dehinc quod illa continua
oratione in cisa peragitur. Et quod rethorica
oratio habet preter aduersarium iudicem.
Dialectica u[ero] eodem iudice quo aduersario
utitur. Hec igitur rethorica oratio habet
sex partes. Proemium quod exordium est.
Narrationem. Partitionem. Confirmatio-
nem. Reprehensionem. Perorationem. Que
partes instrumenti rethorice facultatis quoniam
rethorica in omnibus suis speciebus inest. in
eisdem inerunt. nec potius inerunt eisdem
quam ea que peragunt amministrabunt.
Itaq; et in iudiciali genere causarum neces-
sarius est ordo proemii et narrationis atq;
ceterorum. Et in demonstratiuo. Delibera-
tiuoq; necessaria sunt. Opus autem retho-
rice facultatis docere et mouere quod nichil

eminus hisdem fere sex instrumentis id est
orationibus partibus administratur. Par-
tes autem rethorice quoniam partes sunt faculta-
tis ipse quoq; sunt facultates. Quo circa ipse
quoq; orationis partibus quasi instrumentis
in partem ueniunt. atq; in his operantur eisdem
inerunt. Nam in exordiis nisi quinq; sint su-
pradicte rethorice partes. Ut inueniat. elo-
quatur. disponat. memoriter pronuntiet.
Nichil agat orator. Eodemq; modo et reli-
que fere partes instrumenti nisi habeant
omnes rethorice partes frustra sunt. Huius
autem facultatis effector orator est cuius
est officium dicere apposite ad persuasionem
finis. Tum in ipso. Tum in altero. In ipso
quidem bene dixisse id est dixisse apposite
ad persuasionem. In altero u[ero] persuasisse. Neq; enim
si qua impediant oratorem quo minus persuade-
at. facto officio finis non est consequutus. Sed
is quidem qui officio fuit contiguus et cogna-
tus consequitur facto officio. Is u[ero] qui extra
est sepe non consequitur. Hec tamen rethori-
cam suo fine contemptam honore uacuauit.
Hec quidem ita sunt in extra ut rethorica in-
sit speciebus. Species u[ero] insit causis. Causarum
u[ero] partes status esse dicuntur. Quos etiam ali-
is nominibus constitutiones. Tum questiones
nominare licet qui quidem diuiduntur
ita ut rerum quoq; natura diuisa est. Sed
a principio questionum differentias ordia-
mur. Quoniam rethorice questiones circumstantiis
inuolute sunt omnes. Aut in scripti alicuius
controuersia uersantur. Aut preter scriptum
ex re ipsa sumunt contentionis exordium.
Et ille quidem questiones que in scripto sunt
quinq; modis fieri possunt. Uno quidem cum
hic scriptoris uerba defendit ille sententiam
Atq; hic appellatur scriptum et uoluntas.
Alio u[ero] si inter se leges quadam contrarietate
dissentiant. quarum [illegible] defen-
dere [illegible] controuersiam. Atq; hic uocatur
status legis contrarie. Tertio cum scriptum
de quo contenditur sententiam claudit
ambiguam. Hec suo nomine ambiguitas nun-
cupatur. Quarto u[ero] ex eo quod scriptum est
aliud non scriptum intelligitur. Quod quia
ratiocinationem et quandam sillogismi

consequentiam intelligatur ratiocinatio
uel sillogismus dicitur. Quarto cum sermo est
scriptus cuius non facile uis ac natura clares-
cat si non diffinitione detecta sit. Hic uocat-
finis in scripto. Quos omnis a se differre non est
nostri operis demonstrare uerum rethorici. Hec
enim speculanda doctis non rudibus discenda
proponimus quamuis de eorum differentia
in topicorum commentis prauisum differue-
rim. Harum autem constitutionum que
preter scriptum in ipsarum rerum conten-
tione sunt posite. ita differentie segregan-
tur. ut rerum quoque ipsarum natura diuer-
sa est. In omni enim rethorica questione du-
bitatur. an sit. quid sit. quale sit. Et pre-
ter hec an iure uel more possit exerceri iu-
dicium. Sed si factum uel res que intendit-
ab aduersario negatur. Questio est. Coniectu-
ra est. ea que coniecturalis constitutio nomi-
natur. Quod si factum quidem esse consti-
terit. sed quidnam id sit quod factum est
ignoretur. quoniam uis eius diffinitione mon-
stranda est. finitiua constitutio dicitur.
At si et esse constiterit. et de rei diffinitione
conueniat. sed quale sit inquiratur tunc
quia cui generi subici debeat ambigitur.
generalis qualitas nuncupatur. In hac uero
questione et qualitatis et quantitatis et com-
parationis ratio uersatur. Sed quoniam de gene-
re questio est secundum generis formam in plu-
ra necesse est. hanc constitutionem membra
distribui. Omnis enim questio generalis
id est de genere et qualitate et quantitate
queritur facti in duas distribuitur. Nam
aut preteritum queritur de qualitate pro-
posita. aut in presens. aut in futurum. Si
in preteritum iuridicialis constitutio nun-
cupatur. Si presentis uel futuri temporis te-
neat questionem negocialis dicitur. Iuridi-
cialis uero cuius inquisitio preteritum respi-
cit duabus partibus segregatur. Aut enim in ip-
so facto uis defensionis est et absoluta quali-
tas nuncupatur. Aut extrinsecus assumitur
et assumptiua dicitur constitutio. Sed hec in
partes quattuor diuiditur uel diriuatur
Aut enim conceditur crimen. Aut remo-
uetur. aut refertur. aut quod est ultimum

comparatur. Conceditur crimen cum nul-
la introducitur facti defensio sed uenia
postulatur. Id fieri duobus modis potest. Si
depreceris. Aut purges. Deprecaris cum nihil
excusationis attuleris. Purgas. cum facti
culpa his ascribitur quibus obsisti obuiarique
non possit. neque tamen persone sunt. Id cum
in aliam constitutionem cadit. Sunt uero
hec Imprudentia. Casus atque necessitas. Re-
mouetur uero crimen cum ab eo qui lacessitur
transfertur in alium. Sed remotio criminis
duobus fieri modis potest. si aut causa re-
fertur. aut causa factum refertur. cum ali-
ena potestate aliquod factum esse contenditur.
factum uero cum alius aut potuisse aut de-
buisse facere demonstratur. Atque hec nihil
maxime ualent si cuius nominis in nos inten-
datur actio quod non fecerimus id quod
non oportuit fieri. Refertur crimen cum
iuste mali quem fecimus commissum esse
conceditur quoniam is in quem commissum sit in
iurius sepe fuerit. atque id quod intenditur
meruerit pati. Comparatio est cum propter
meliorem utiliorem ue factum quod aduer-
sarius arguit commissum esse defenditur.
Horum uero omnium sunt proprie differentie.
atque ideo minutissime diuisiones quas rethor-
icorum nihil docendis explicandisque con-
scripti libri continent diligentius. Nos hec
a marco tullio sumpsisse sufficiat. Ad ali-
ud enim tota operis festinat intentio. De qui-
bus omnibus hoc dispiciendum est modo.
Marcus enim tullius causarum partes
constitutiones esse demonstrat eo loco quo
contra ermagoram utitur dicens. quod
si generis cause partes non possunt recte
putari multo minus recte partis cause
partes putabuntur. Partes cause constitu-
tiones esse designans. De qua re multa questio
est. Quomodo enim partes putabuntur esse
cause. Si enim ita partes ut species quomodo
fieri potest. ut in una eademque causa plures
constitutiones sint. Nam species sibimet in-
pmixte sunt. Adueniunt in causam plu-
rime constitutiones. Non igitur partes
causarum ueluti species status. Illud quoque
nulla species aliam sibi oppositam speciem

ad substantiam iuuat. Constitutio uero consti-
tutionem firmat ad fidem. Hec fieri potest
ut ita sint causarum quasi totius partes.
Nullum enim compositum ex una parte to-
tum atque integrum esse potest. At in causa con-
stitutio una idonea est constituere causam
Quid igitur dicendum est? Patet ratio-
ni. Neque enim cause eius pars esse dicitur
constitutio que in controuersiam uenit et
quam status constituit. cum preterea quod
additur ad causam status una iam constituti-
one formatam non sit principalis sed accidens
Atque in uno negotio tot ueniant controuersie
quot sunt constitutiones. sed quot sunt contro-
uersie tot cause. Et licet eas unum contineat
negotium cause tamen in principio sibi uari-
antur. Ut qui iuuenem de lupanari concubinum
dicat adulterum non posse putari. Sed neque
negatiua pars est. eiusdem controuersie coniec-
turalis status. neque diffiniendi diffinitio. To-
tam enim continet causam. Causam autem
uoco non generaliter sed controuersiam consti-
tutionem [illegible] formatam. Sunt autem
constitutiones partes cause generalis hoc mo-
do. Si enim omnis coniecturalis causa esset nec alius
status inueniretur. non esset status coniecturalis
cause pars. sed ipsa causa esset sine dubio con-
iectura. Sed quoniam partim coniectura. partim
fine. partim qualitate. partim translatione
cause omnes tenentur. Pars est constitutio cause.
non eius quam tenendo informat sed eius quam
diuidit. generalis cum scilicet quasi membrum
aliquod abscidens suum facit unaquaque con-
stitutio. Sunt igitur partes in species consti-
tutiones cause generalis non eius quam
unaqueque tenens informauerit. Quare est ge-
nus rethorice facultas. Rethorice uero species
tres. Iudiciale. Demonstratiuum. Delibera-
tiuum. Materia autem ciuilis questio que
dicitur causa. Partes huius materie constitu-
tiones. Rethorice partes. Inuentio. Disposi-
tio. Eloquutio. Memoria. Actio. oratio.
Instrumentum. Instrumenti partes. Exor-
dium. Narratio. Partitio. Confirmatio.
Reprehensio. Peroratio. Opus docere et moue-
re. Auctor. orator. Officium. bene dicere. Fi-
nis. Tum bene dixisse. Tum persuadere. Est

uero rethorica tota in speciebus. Species uero ita to-
tam materiam possideant. [illegible]
totam sibi uindicent. Quod ex hoc intelligi
potest quoniam omnis sibi materie partes singule
species tenent. Nam in iudiciali quattuor
constitutiones inueniuntur. et in deliberatiua.
demonstratiuaque eadem quattuor inueniuntur
[illegible] unde ostenditur. Si omnes partes cau-
se generalis que est ciuilis questio singule
species habent. Omnis uero cause causa ipsa est.
Causam id est ciuilem questionem a specie-
bus [illegible]
[illegible]
peruenit cum suis integra partibus id est elemen-
tis. Nam eodem tempore tota causa ad singu-
las species cum suis partibus transit. Sed cum
species in materiam uenerint id est in ciuilem
questionem. et eam cum suis obtinuerint par-
tibus inferunt secum etiam ipsam rethoricam
facultatem. Quare etiam rethorice partes
in singulis constitutionibus ueniunt. Sed il-
lata materia rethorica infert secum instru-
mentum suum. Infert igitur secum oratio-
nem. et hec proprias partes eritque in constitu-
tionibus tractandis exordium et narratio et
cetera. Sed cum instrumentum uenerit
in ciuilem questionem operam quoque suam
simul infert. Et docebit igitur ac persuade-
bit in omni constitutione. Sed hec per se ue-
nire non poterunt. nisi sit qui hec moue-
at. uelut artifex atque architectus. Hic au-
tem est orator qui cum ad causam accessit
faciet officium suum. Bene igitur dicet in omni
genere causarum et in omni constitutione
orator etiam faciet finem. Tum ut bene dixerit
in omni constitutione. tum ut persuaserit
de singulis igitur nunc quidem in commune
tractauimus. De unoquoque uero separatim post
fieri commodum differimus. Atque hec
hactenus. Nunc de inuentione tractandum
est. Cuius enim prius dialecticos dedimus nunc
rethoricos ponimus locos quos ex attribu-
tis persone ac negotio uenire necesse est. Per-
sona est que in iudicium uocatur. cuius dictum
aliquod factum ue reprehenditur. Negoti-
um factum. Dictum ue persone propter quod
in iudicium uocatur. Itaque in his duobus

71

omnis locorum ratio constituta est. Que enim habent reprehensionis occasionem eadem nisi omnino admiserit culpabilem partem nequeunt defensionis copiam subministrant. Ex eisdem enim locis accusatio defensioque consistit. Sin igitur persona in iudicium vocatur neque factum dictum ve ullum reprehenditur causa esse non poterit. Nec vero factum dictum ve aliquod in iudicium proferri potest si persona non extat. Itaque in his duobus omnis iudiciorum ratio versatur in persona scilicet atque negocio. Sed ut dictum est. Persona est que in iudicium vocatur. Negocium factum dictumque persone propter quod reus constituitur. Persona igitur et negocium suggerere argumenta non possunt. De his enim questio est. De quibus autem dubitatur ea dubitationi fidem facere nequeunt. Argumentum vero erat ratio rei dubie faciens fidem. Faciunt autem negocio fidem ea que sunt personis ac negociis attributa. Ac si quando persona negocio faciat fidem. velut si dicatur contra rem publicam sensisse catilina quoniam persona est vitiorum turpitudine denotata. tunc non in eo quod persona est et in iudicium vocatur fidem negocio facit. sed in eo quod ex attributis persone quandam suscipit qualitatem. Sed ut rerum ordo clarius colliquescat. De circumstantiis arbitror esse dicendum. Circumstantie sunt que convenientes substantiam questiones efficiunt. Nisi enim sit quod fecerit et qui fecerit causaque cur fecerit. Locus tempusque quo fecerit. modus etiam facultas si desint causa non stabit. Has igitur circumstantias cicero ingenuina partitur. ut eam que est quis circumstantiam in attributis ponat. Reliquas vero circumstantias in attributis negocio constituat. Et primam quidem ex circumstantiis eam que est quis quam persone attribuit secat in undecim partes. nomen ut verres. natura ut barbarus. victu ut amicus. nobilium fortuna ut dives. Studium ut geometra. casus. ut exul. Affectio ut amans. habitus ut sapiens. Consilium facta et orationes ea que extra illud factum dictumque sunt quod nunc in iudicium de-

vocatur. Reliquas vero circumstantias que sunt Quid. Cur. Quando. Ubi. Quomodo. Quibus auxiliis in attributis negocio ponit. Quid. et cur dicens continentia cum ipso negocio Cur in causa constituens. Ea enim causa est uniuscuiusque facti propter quam facta est. Quid vero secant in quattuor partes. In summam facti ut parentis occisio. Et hac maxime sumitur locus amplificationis. Ante factum ut concitus rapuit gladium. dum fit vehementer percussit. Post factum in abdito sepelivit. Que omnia cum sint facta tamen quoniam ad gestum negocium de quo queritur pertinent non sunt ea facta que ex attributis persone numerata sunt. Illa enim extra negocium de quo queritur posita personam informantia. fidem ei negocio prestant de quo versatur intentio. Hec vero facta que continentia sunt cum ipso negocio ad ipsum negocium de quo queritur pertinent. Postrema vero quattuor circumstantias cicero ponit in gestione negocii que secunda pars attributorum negociis. Et eam quidem circumstantiam que est. Quando dividit in tempus ut nocte fecit et in occasionem ut cunctis dormientibus. Eam vero circumstantiam que est. Ubi locum dicit ut in cubiculo fecit. Quomodo vero ex circumstantiis modum ut clam fecit. Quibus auxiliis circumstantiam facultatem appellat ut cum multo exercitu. Quorum quidem locorum et si circumstantiarum ex natura discretio clara est. nos tamen benivolentius faciemus si uberius eius differentias adesse ostendamus. Nam cum ex circumstantiis marcus tullius proposuerit esse continentia cum ipso negocio. Alia vero in gestione negocii atque in continentibus cum ipso negocio illum communicavit locum quem appellavit dum fit ex ipso plationis significatione idem videtur esse locus hic dum fit et qui est in gestione negocii. Sed non est ita quia dum fit illud est quod eo tempore admissum est dum facinus perpetratur ut percussit. In gestione vero negocii ea sunt que et post factum ante factum quod gestum est et dum fit continent. In omnibus enim tempus. locus. occasio. modus. facultas

inquiritur. Rursus dum fit factum quo ministratum est negocium. Que ergo sunt in gestione negocii non sunt facta sed facto adherentia. Nullus enim tempus. occasionem. locum. modum facultatem. facta esse consenserit. sed ut dictum est que cuilibet facto adherentia sunt. atque illud nullo modo derelinquant quia quadam relatione subiecta sunt ipsum quod gestum est negotio. Item ea que sunt in gestione negocii sine his que sunt continentia cum ipso negocio esse possunt. Potest enim et locus et tempus. et occasio. et modus et facultas facti cuiuslibet intelligi etiam si nemo faciat quod illo loco uel tempore uel occasione uel modo uel facultate fieri posset. Itaque ea que sunt in gestione negocii sine his que sunt continentia cum ipso negocio esse possunt. illa uero sine his esse non possunt. Factum enim preter locum tempus occasionem modum facultatemque esse non poterit. Atque hec que in attributis persone ac negocio constant. uelut in dialecticis locis ea que in ipsis herent de quibus queritur. Reliqua uero que uel adiuncta sunt negocio uel gestum negocium consequuntur talia sunt qualia in dialecticis locis ea que secundum themistium partim rei substantiam consequuntur partim extrinsecus partim uersantur in medius. Secundum uero ciceronem inter affecta numerata sunt uel extrinsecus posita. Sunt enim negotio adiuncta ipsi etiam que fidem faciunt questioni affecta quodammodo ad id de quo queritur. et respicientia negocium de quo agitur hoc modo. Nam circumstantie septemque in attributis persone. uel negocio numerate sunt. Hec cum ceperint comparari et quasi in relatione uenire siquidem ad se continens referatur uel ad id quod continet. fit autem species uel genus. At si ad id referatur quod ab eo longissime distet contrarium. At si ad finem suum atque exitum referatur euentus est. Eodem quoque modo ad maiora et minora et paria comparantur. atque omnino tales locis in his que sunt ad aliquod considerantur. Nam maius aut minus aut simile. aut eque magnum. aut disparatum accidunt circumstantiis que in attributis persone atque negotio numerate sunt. Secundum ipse circumstantie aliis comparantur. fit ex his argumentum dicti facti ut quod in iudicium uocatur. Differt autem ab hi-bus quod superiores loci uel facta continebant uel factis ita adherebant ut separari non possint ut locus tempus et cetera que gestum negocium non relinquunt. Hec uero que sunt coniuncta negocio non inherent ipsi negocio sed accidunt circumstantiis et tum demum argumenta prestant cum ad comparationem uenerint. Sumuntur uero argumenta non ex contrarietate sed ex contrario. et non ex similitudine sed ex simili ut appareat non ex relatione sumi argumenta ab adiunctis negocio et ea esse adiuncta que sint ad ipsum de quo agitur negocium affecta. Consecutio uero que pars quarta est eorum que negociis attributa sunt neque ipsis inest rebus neque ipsis inest rebus neque rerum substantiam non relinquit. neque ex comparatione reperitur sed rem gestam uel antecedit uel etiam subsequitur. atque hic totus locus extrinsecus est. Primum enim in eo queritur id quod factum est quo nomine appellari conueniat in quo non de re sed de uocabulo laboratur. Qui deinde auctores eius facti et inuentionis quod comprobationes atque emuli. Id totum ex iudicio et quodam testimonio extrinsecus posito ad subsidium confluit argumenti. Deinde que eius rei sit lex. Consuetudo Pactio. et Iudicium. Sententiam. Artificium. Deinde natura eius uetitne soleat uulgo. An insoleter et raro homines id sua auctoritate probare. An offendi in his consueuerint et cetera que factum aliquod similiter confestim. aut interuallo soleat consequi. que necesse est extrinsecus posita ad opinionem magis tendere quam ad ipsam rerum naturam. Itaque in hec quatuor licet negocii attributa diuidere. ut sint partim continentia cum ipso negocio que facta supius dictum est esse partim in gestione negocii que non est facta sed factis adherentia dudum monstrauimus partim adiuncta negocio hoc ut dictum est in relatione ponuntur

partem gestum negotium consequantur. hor
fides extrinsecus sumitur. Ac de rethoricis qui
dem locis satis dictum est. Nunc illud explicandu
est que sit hec similitudo cum dialecticis que uero
diuersitas. quod si idonee conuenientiaque mon
strauero: proposita operis explicabitur intentio
Primo adeo ut in dialecticis locis sicut themis
tio placet alii sunt qui in ipsis herent de quibus
[illegible] alii assumuntur extrinsecus alii uero
medii inter utrosque locati sunt. sicut in rethori
cis quoque locis alii in persona alii in negotio con
sistunt de quibus quoque ex aduersa parte certa
tur. Alii uero extrinsecus uelut hi qui gestum nego
tium consequuntur. alii uero medii quorum
quidem proximi negotio sunt. hi qui ex cir
cumstantiis reliquis in gestione negotii con
siderantur. Illi uero qui in adiunctis negotio
collocantur ipsi quoque inter medios locos
positi sunt quoniam negotium de quo agitur
quadam affectione respiciunt. Vel si quis
ea quidem que personis sunt attributa
uel que continentia sunt. cum ipso nego
tio uel in gestione negotii considerantur
et his similia locis dicat quod ab ipsis in dia
lectica trahuntur de quibus in gestione dubi
tatur. Consequentia uero negotium ponat ex
trinsecus. Adiuncta uero inter utrumque consti
tuat. Ciceronis uero diuisioni hoc modo fit
similis. Nam ea que continentia sunt cum
ipso negotio uel ea que in gestione conside
rantur in ipsis herent de quibus queritur.
Ea uero que adiuncta sunt inter affecta po
nuntur. sed ea que gestum negotium conse
quuntur extrinsecus collocata sunt. Vt si
quis ea que quidem continentia sunt cum
ipso negotio in ipsis herere arbitretur. Affec
ta uero que sunt in gestione negotii esse ea
uel adiuncta negotio. Extrinsecus uero ea
que gestum negotium consequantur.
Iure uero perspicue communitates sunt quod
quidam ipsi pene utrisque facultatibus
uersantur loci ut genus ut pars ut simili
tudo ut contrarium ut maius aut minus
De communitatibus quidem satis dictum est
Differentie uero ille sunt quod dialectici etiam
thesibus apti sunt rethorici tantum ad ypo
thesis id est questiones informatas circum

stantiis continentur. Namque ipse facultates
a semet ipsis uniuersalitate et particularitate
disiuncte sunt ita eorum loci ambitu et contra
ctione diuersi sunt. Nam dialecticorum loco
rum maior est ambitus. Et quoniam preter circum
stantias sunt que singulares causas faciunt
non modo ad thesis utiles sunt uerum etiam
ad argumenta que in ypothesibus posita sunt
eosque locos qui ex circumstantiis constant clau
dunt atque ambiunt. Itaque fit ut semper egeat
rethor dialecticis locis. Dialecticus uero suis pos
sit esse contentus. Rethor enim quoniam causas ex
circumstantiis tractat ex hisdem circumstan
tiis argumenta perfundit. Que necesse est ab uni
uersalibus et simplicibus confirmari que sunt
dialectici. Dialecticus uero qui prior est posteri
ore non eget. nisi aliquando inciderit quod
tio persone. Vt cum sit incidens dialectico
ad probandam suam thesim causa circum
stantiis includitur tunc demum rethoricis uta
tur locis. Itaque in dialecticis locis. si ita conti
git a genere argumenta sumuntur id est
ab ipsa generis natura. Sed in rethoricis ab
illo genere quod illic genus est de quo agitur
nec a natura generis sed a re ipsa scilicet
que est genus. Et ut pergrediatur ratio ex eo
pendet quod natura generis ante prognita
est. ut si dubitetur. an fuerit aliquis ebrius
dicetur si refellere uelimus non fuisse quoniam nul
la in eo luxuries antecessit. ideirco uidelicet
quoniam cum luxuries ebrietatis quasi quoddam
genus sit cum luxuries nulla fuerit nec ebri
etas quidem sit. Sed hec pendet ex altero. Cum
enim luxuries non fuerit ebrietas esse non po
test. Ex natura generis demonstratur quod
dialectica ratio subministrat. Vnde enim
genus abest uidetur species abesse necesse est.
Quoniam genus species non relinquit. Et de simi
libus quidem et de contrariis eodem modo.
In quibus maxima dissimilitudo est inter re
thoricos quidem atque dialecticos locos. Dia
lectica enim ex ipsis qualitatibus rethorica ex
qualitatem suscipientibus rebus argumenta uesti
gat. Vt dialecticus ex genere id est ex ipsa
generis natura. rethor ex ea re que genus
est. Dialecticus ex similitudine. Rethor ex
simili id est ex ea re que similitudinem cepit.

Eodem modo illic ex contrarietate hic ex contrario. Omnibus igitur que supra posuimus expeditis illud arbitror adponendum quod marcus tullius topica que ad gaium trebatium peritum iuris edidit non eo modo quo de ipsis disputare possit disseruit. Sed quoniam admodum rethorice facultatis argumenta diceretur. Quod in his commentariis diligentius expeditum que a nobis in eiusdem ciceronis topica conscripta sunt. Quo autem modo de his dialecticis rationibus disputetur in his commentariis quos in aristotelis topica a nobis translata conscripsimus expeditum est.

QUAM MAGNOS STUDIOSIS AFFERAT FRUCTUS SCIENTIA DIVIDENDI. QUANTOQUE

apud peripateticam disciplinam semper hec fuerit in honore notitia: docet et andronicus diligentissimi senis de divisione liber editus. et hic quidem a plotino gravissimo philosopho comprobatus. et in platonis libri qui sophistes inscribitur commentariis a porphirio repetitus et ab eodem per hanc introductionis laudata in cathegorias utilitas. Dicit enim necessariam fore generis speciei differentie proprii accidentisque peritiam. Tum propter alia multa. tum propter utilitatem que est maxima partiendi. Quare quoniam magnus usus est facillimaque doctrina ego quoque id sicut pleraque omnia romanis auribus tradens introductionis modo habitaque in eadem re competenti subtilique traditione et moderata brevitate perscripsi. ut neque anxietas decise orationis et non perfecte sententie legentium mentibus ingeratur. Hoc puto supervacuam loquacitatem harum rerum inexpertis tradens solent novi aliquid accipientium mentes habere equum esse. Nec ullus livor id quod et arduum est natura et ignotum viris a nobis autem magno et labore et legentium utilitate digestum obliquis morsibus obtrectationis obfuscet. Denique potius viam studiis nunc ignoscendo nunc etiam comprobando quam frena bonis artibus stringant dum quicquid novum est imprudenti obstinatione repudiant. Quis enim non videat plurimum ad bonarum artium valere defectum si apud mentes hominum numquam sit disparatio displicendi. Sed hec hactenus.

[H]unc divisionis ipsius nomen dividendum est et secundum unumquodque vocabulum divisionis uniuscuiusque proposita proprietates partesque tradende sunt. Divisio namque multis dicitur modis. Est enim alia divisio generis in species. Est rursus divisio cum totum in proprias partes distribuitur. Est alia cum vox multa significans in significationes proprias recipit sectionem. Preter has autem tres est alia divisio que secundum accidens fieri dicitur. Hic triplex modus est. Unus cum subiectum in accidentia separamus. Alter cum accidens in subiecta dividimus. Tercius cum accidens in accidentia secamus. Hoc ita fit ut si utraque eidem subiecto inesse videantur. Sed harum omnium exempla subdenda sunt quatenus tocius huius ratio divisionis eluceat. Genus dividimus in species cum dicimus. Animal aliud rationale. aliud irrationale. Rursus rationabilium alia sunt mortalia. alia inmortalia. Vel cum dicimus colorum alia sunt alba. alia nigra. alia media. Oportet autem omnem generis in species divisionem aut in duas fieri partes aut in plures. Sed neque infinite species esse possunt neque minus duabus. Hoc autem cur eveniat posterius liquebit.

Totum ů in partes diuiditur quotiens in eis
ex quibus est compositum unum quodq; resol
uimus. Vt cum dico domus. Aliud tectum. Ali
ud parietes. Aliud fundamentū. Et hominem
coniungi anima et corpore. Cumq; hominis dici-
mus partes ēē catonem uirgilium ciceronem &
singulos qui cum particulares sint. uim tam̄
totius hominis iungunt atq; componunt. Neq;
enim homo genus. nec singuli homines speci
es. sed partes quibus totus homo coniungitᵉ.
Vocis autem in significationes ꝓprias sit diui
sio. quotiens uox multa significans aptatur
et eius pluralitas significationis ostenditur.
Vt cum dico canis quidem nomen & hunc q̄-
drupedem latrabilē designat. & celestem qui
ad orionis pedem morbidus micat. Est quoq;
canis alius marinus qui inmoderata corpo-
ris magnitudine crescens ceruleus appellatᵘʳ.
Sed huius diuisionis duplex modus ē. Aut
enim multa unum nomen significent. Aut
oratio uerbis nominibusq; composita. Et no-
men quidem multa significat. ut id quod
supra posui. Oratio ů multa designat. ut est
Aio te eacida romanos uincere posse. Et nomi-
nis quidem per significationes ꝓprias diuisio eq̄-
uocationis per orationem separatur. Orationis
in significationes ꝓprias distributio ambigui-
tatis discretio ē. quam greci amphybologi
am dicunt. Ita ut nom̄ multa significans
equiuocum. oratio ů multa designans am
phybologia atq; ambiguitas predicetur.
Eorum que sedm̄ accidens diuiduntur
subiecti in accidentia diuisio ut cum dicim̄
omnium hominum alii s͞t albi. alii nigri
alii medii coloris. Hec enim accidentia s͞t
hominis non hominis species & homo his
subiectus non horum genus ē. Accidentis ů
in subiecta sectio euenit ut est om̄ium que
expetuntur alia in anima. alia in corporib;
sita sunt. anime namq; et corpori id quod
expetitur accidens non genus est. Et bo-
ni quidem in anima atq; corpore situm ē.
non sunt hec species sed subiecta. Acciden-
tium in accidentia diuisio ē. ut omnium
candidorum. Alia sunt dura ut marga-
rita. alia liquentia ut lac. Namq; et albe-
do atq; durities hec sunt accidentia. Sed

album in dura. atq; liquida separatum ē
Cum ergo sic dicimus accidens in alia ac
cidentia separamus. Sed huiusmodi diuisio
uicissim semp in alterutra ꝑmutatur. Possu
mus enim dicere. Eorum que sunt dura. Alia
sunt nigra. alia sunt alba. Et rursus eorum
que sunt liquida. alia sunt alba. alia sunt
nigra. S; hec rursum conuersa diuidimus.
Eorum que sunt nigra. Alia sunt dura alia
liquida uel liquentia. Et eorum que sunt
alba. alia sunt liquentia. Alia sunt dura.
Differt autem huiusmodi diuisio om̄ib; que
supradicte sunt. Nam neq; significationem
possumus partiri in uoces cum uox in signifi-
cationes ꝓprias discernatur. Nec partes uo-
cum diuiduntur quamuis totum separetᵘʳ
in partes. nec species secatur in genera licet
genus diuidatur in species. Quod ů dictum
est supius hanc diuisionem ita fieri si utraq;
eidem contigerit inēē subiecto si attentius
ꝑspicitur liquet. Nam cum dicimus que
sunt dura alia ēē alba alia nigra ut est
lapis atq; hebenum. Manifestum est hebe
no utraq; inesse et duritiem scilicet et ni-
gredinem. In ceteris quoq; id diligens lec-
tor inueniet. Quibus autem summa ope
ratio ueritatis inquiritur. his prius in-
telligendum est que sit horum omnium
simul ꝓprietas quibusq; singillatim differen
tiis segregentur. Omnis enim uocis et gene-
ris totiusq; diuisio sedm̄ se diuisio nuncu-
patur. Relique ů tres in accidentis distri
butione ponuntur. Sedm̄ se autem diuisi
onis huiusmodi differentia est. Differt enim
diuisio generis a uocis diuisione quod uox
quidem in ꝓprias semp significationes sepa
ratur. Genus non in significationes sed quas-
dam a se quodammodo creationes distin-
guitur. Et genus semp speciei totum est. et
uniuersalior natura. Equiuocatio ů uni-
uersalior quidem significare dicitur que
tantum uoce non etiam tota est natura.
Illo quoq; a uocis distributione diuiditur
quod non habent commune cum ceteris
preter solum nomen que sub uoce sunt.
Que uero sub genere collocantur et nom̄
generis et diffinitionem suscipiunt. Am-

plius quoque. Non est eadem apud omnes uo-
cis distributio. quod apud nos dicitur canis
cum eius multe significationes in lingua ro-
mana sint simpliciter fortasse [illegible] uidebantur
bara. cum ea que apud nos uno nomine nu-
ncupantur. illi pluribus fortasse significent.
Generis quidem apud omnes eadem diuisio
distributioque permanet. Unde fit ut uocis
quidem diuisio ad positionem consuetudinem
que pertinet generis ad naturam. Nam quod apud
omnes idem est natura est. Consuetudines uero
quod apud aliquos permutantur. Et hec quidem
sunt generis differentie distributionis et uo-
cis. Generis quoque sectio totius distributio
est seiungitur quod totius diuisio secundum
quantitatem fit. Partes enim totam substan-
tiam coniungentes actu ac ratione animi se-
parantur et cogitatione. Generis uero distribu-
tio qualitate perficitur. Nam cum hominem
sub animali locauero tunc secundum qualitatem
diuisio facta est. Quale namque animal est homo.
idcirco quoniam quadam qualitate formatur. Vn-
de quale quale sit animal homo respondens
aut rationale respondebit aut certe mortale.
Amplius. Omne genus naturaliter est prius spe-
ciebus. Totum autem prius partibus posterius.
Partes sunt que totum iungunt sed compositi
sui perfectionem aliquas tantum natura aliquas rati-
one quoque temporis antecedunt. Unde ut genus
in posteriora totum uero in priora soluamus. Hinc
quoque illud uere dicitur. si genus interimatur
statim species deperire. si species interempta sit
non peremptum genus in natura consistere.
Contra euenit in toto. Nam si pars totius
perit. totum non erit cum pars sit una inter-
empta. Sin totum pereat partes permanent
distribute. Vt si de integra domo quis abstu-
lerit tectum. totum quod ante fuerat inter-
cipit. Sed pereunte toto. parietes et funda-
menta constabunt. Amplius quoque genus
speciebus materia est. Nam sicut es accepta
forma transit in statuam. ita genus accepta
differentia transit in speciem. Totius uero par-
tium multitudo materia est. forma uero earun-
dem partium compositio. Nam sicut spe-
cies ex genere constat et differentia ita totum
constat ex partibus. Vnde fit ut totum ab
una quaque parte partium ipsarum compo-
sitione differat. Species uero generis differentie
coniunctione. Amplius quoque. Species est
semper quod genus est. ut homo idem est quod
animal. et uirtus idem est quod habitus.
Partes uero non semper idem quod totum. Neque
enim manus idem est quod homo. Nec idem
partes quod domus. Et in his quidem que
dissimiles partes habent hoc clarum est. Sed
non eodem modo. in his que similes sunt ut
in ceris singula cuius partes que sunt conti-
nue eiusdem sunt generis. Videntur idem esse
partes quod totum est. sed falso fortasse enim
idem sunt partes huiusmodi substantia non
quantitate etiam. Restat autem uocis et
totius distributionis differentias dare.
Differt autem quod totum quidem partibus
constat. Vox uero non constat ex his que significat
Et fit diuisio totius in partes. uox autem non
in partes sed in eas res quas uox ipsa significat
Vnde fit ut sublata parte totum pereat. subla-
ta una re quam uox multa designans signifi-
cat. uox illa permaneat. Nunc ergo que secundum
[illegible] diuisionis differentie [illegible] sunt generis
distributione [illegible]. Primum quidem
genus sic diffiniendum est. Genus est quod pre-
dicatur de pluribus differentibus specie in eo quod
quid sit. Species est quam sub genere colloca-
mus. Differentia qua aliud ab alio distare
proponimus. Et est quidem quod interrogan-
ti quid queque res sit conuenit responderi
Differentia est que ad qualis percunctationem
rectissime respondetur. Nam cum quis in-
terrogatur quid est homo recte animal.
Qualis est homo conuenienter respondebimus
rationalis. Diuiditur autem genus aliquas in
species aliquas in differentias si species quibus
genus diuidi oportet nominibus carent. Vt
cum dico animalium. alia sunt rationabi-
lia. alia irrationabilia. Rationale et irrati-
onale differentie sunt. Sed quoniam speciei huius
que est animal rationale nomen unum
non est. idcirco pro specie differentiam po-
nimus eamque superiori generi copulamus.
Omnis enim differentia in genus ueniens
facit speciem. Vnde fit ut materia que-
dam genus sit forma differentia. Cum

autem propriis nominibus species appellantur nomine differentias generis sit recta diuisio. Vnum est ut ex pluribus unius diffinitio colligatur. Si enim omnis species suis nominibus appellarentur ex duobus solis terminis omnis fieret diffinitio. Vt cum dico quid est homo quid mihi necesse esset dicere animal rationale mortale, sed animal rationale mortale esse proprio nomine nuncupatum. Cumque reliqua differentia id est mortale uinctum diffinitio est hominis uerissima ratione et integra diffinitione perficeret. Nunc autem ad diffinitiones integras specierum diuisio necessaria est. Et fere in eodem diuisionis diffinitionisque ratio uersatur. Nam diuisionibus uincerissima componitur differentia. Sed quoniam equiuoca sunt alia et alia uniuoca et que sunt uniuoca quia in genere [illegible]. Que uero sunt equiuoca in his sola diuisio significationis est. Videndum prius est quid sit uniuocum quid equiuocum. Nec enim ista fefellerint equiuocum nomen ita in species quasi in significationis uoces refecerimus. Vnde fit ut rursus ad diuisionem necessaria sit diffinitio. Quid enim sit equiuocum quid uniuocum cognoscitur. Sunt autem differentie alie per se, alie per accidens. Et alie harum sunt consequentes statim alie relinquentes huiusmodi dormire uel sedere uel stare uel uigilare. Persequentes uero ut capilli crispi si non sint amissi et glauci oculi si non sint quadam extrinsecus debilitate turbati. Sed hec ad generis diuisionem sumenda non sunt. Neque enim ad diffinitionem sunt commoda. Omne enim quicquid ad diuisionem generis aptum est, idem ad diffinitionem generis rectissime congregamus. Hec enim informant perficiuntque substantiam uniuscuiusque ut hominis rationalitas et mortalitas. Sed has quemadmodum probare possimus utrum ex eo sint genere statim relinquentium an persequentium an in substantia permanentium hoc modo mihi uidendum est. Neque enim sufficit scire quas in diuisione sumamus nisi quoque illud sit cognitum quemadmodum easdem ipsas que sumende sunt et que reiciende sunt rectissime cognoscamus. Videndum est ergo primum utrum proposita differentia omni possit esse

semper inesse subiecto. Quod si ipsa uel actu uel ratione seiungitur hec a diuisione generis separanda est. Si enim sepe et actu et ratione seiungitur ex eo sunt genere que statim relinquerunt ut sedere quod frequentius separatur et actu ipso a subiecto diuiditur. Que uero sola ratione a subiecto diuiduntur ea sunt permanentium differentiarum ut glaucos oculos esse a subiecto. Sola ratione seiungimus ut cum dico est animal quidem luminibus glaucis ut quilibet homo. Quod si hic non esset huiusmodi non enim res aliqua est hominem prohibere. Aliud rursus est quod ipsa ratione separari non possit. Quod si separatum sit species interimatur ut cum dicimus inest homini ut solus numerare possit uel geometriam discere. Quod si hec possibilitas ab homine seiungatur homo ipse non permanet. Sed hec non sunt earum que statim in substantia sunt. Nam non idcirco homo est quoniam id facere potest, sed quoniam rationalis est aut mortalis. Hee igitur differentie preter quas species non consistit ipse et in diffinitione speciei ut hominis et in generis eius diuisione quod continet speciem ut ipsum hominem collocantur. Et uniuersaliter dicendum est quecumque differentie huiusmodi sunt ut non modo preter eas species esse non possit, sed propter eas solas sit hec uel in diuisione generis uel in diffinitione speciei sumende sunt. Quoniam uero quedam sunt que differunt que contra se in diuisionibus non possunt poni ut in animali ratione et bipes. Nullus enim dicit. Animalium alia sunt rationabilia alia duos pedes habentia. Idcirco quod rationale et bipes licet differant nulla a se oppositione disiunguntur. Et constat quecumque aliqua oppositione differunt eas solas differentias sub genere positas genus ipsum posse diuidere. Sunt autem oppositiones quattuor. Aut ut contraria ut bonum malo, aut ut habitus et priuatio ut uisus et cecitas quamquam sunt et quedam res in quibus discernere difficultas sit utrum in contrariis an in priuatione et habitu ea oporteat collocari. Vt sunt motus quies est sanitas, egritudo

uigilatio somnus. Lux tenebre. Sed hec alias.
Nunc autem de reliquis oppositionibus dicendum
est. Tercia oppositio est que est secundum affirmatio-
nem et negationem. Ut socrates uiuit socra-
tes non uiuit. Quarta secundum relationem ut pater
filius. dominus seruus. Secundum igitur quam
harum quatuor oppositionum diuisio generis
fit rectissima ratione monstrandum est. Mani-
festum est enim oppositiones esse quatuor et spe-
cies et genera per opposita separari. Nunc ergo
dicendum est secundum quam oppositionem harum
quatuor. uel quemadmodum species a ge-
nere disiungi conueniat. Et prima quidem
sit contradictionis oppositio. Voco autem con-
tradictionis opposionem que affirmatione
et negatione proponitur. In hac igitur negatio
per se nullam speciem facit. Nam cum dico ho-
mo uel equus uel aliquid huiusmodi sunt
species. Quicquid autem quis in negatione
protulerit speciem non declarat non enim esse
hominem non species est. Omnis enim species
esse constituit. negatio uero quicquid proponit
ab eo quod est esse disiungit. Ut cum dico
homo quasi sit quiddam locutus sum. Cum uero
non homo substantiam hominis destruxi ne-
gatione. Sic igitur per se caret diuisio generis
in species negatione. Necesse est autem speciem
sepe negatione componere. cum ea quam
simplici nomine speciem uolumus assignare
nullo uocabulo nuncupatur. Ut cum dico
imparium numerorum. alii sunt primi ut
tres. quinque septem. Alii non primi ut nouem.
Et rursus figurarum alie sunt rectilinee. alie
non rectilinee. Et colorum. alii sunt albi. alii
sunt nigri. Alii nec albi nec nigri. Ergo quan-
do nomen unum non est positum speciebus eas
negatione proferre necesse est. Hoc igitur cogit
interdum necessitas non natura. Ideo quoque
quotiens negatione facimus sectionem prius
aut affirmatio aut simplex dicendum est
nomen. Ut cum numerorum alii sunt primi
alii non primi. Nam si prius negatio dicta sit
tardior rei fit eius quam proponimus intellectus.
Nam cum primum dixeris esse aliquos numeros
primos cum quales sint primi exemplo uel
diffinitione docueris quales non sint primi
mox auditor intelliget. Sin uero econtrario

fecerit. aut neutrum subito aut tardius utrumque
cognoscet. Diuisio uero que per contrariam propositionem ge-
neris dicatur non repetit est d[illegible] potius ad intelligen-
tiam destinare. Amplius quoque prior affirmatio
est posterior negatio. Quod autem prius est
in diuisione quoque prius oportet ordinari.
Necesse quoque est semper finita infinitis esse priora ut
equale inequali uirtutem uitiis certum incer-
to stabile firmumque instabili et mutabili. Sed
omnia que aut definita parte orationis aut
affirmatione proferuntur plus finita sunt
quam aut nomen cum particula negatiua aut
tota negatio. Quare finito potius quam infinito
est facienda diuisio. est. Sed si cui quedam para-
tur perplexitas per hec. aut obscuriora sunt forsitan quam
ipse desiderat nichil ad me cognitionem facilem pol-
licentem. Neque enim rudibus hoc tius artis sed
imbutis et ulteriore pene loco progressis legenda et
discenda proponimus. Cuius uero operis id est dialecti-
ce ordo sit. cum de ordine phypatetice discipline
michi dicendum esset diligenter exposui. Hec
quidem de oppositione quam affirmatio nega-
tioque constituunt dicta sunt. Illa uero que secundum habi-
tum priuationemque fit ipsa quoque superiori uide-
tur esse consimilis. Negat enim quodam modo
priuatio habitum. sed differt quod semper qui-
dem potest esse negatio. priuatio uero non semper
sed tunc quando habitum habere possibile est
hoc uero nos predicamenta docuerunt. Quare for-
ma quedam intelligitur esse priuatio. Non enim
priuat tantum sed etiam circa seipsam pri-
uatum quemque disponit. Neque enim oculum
solum cecitas priuat lumine sed ipsa quoque secundum
se priuatum luce disponit. Cecus enim dicitur
ad priuationem quodam modo quasi dispo-
situs et affectus. Hoc quoque aristoteles testatur
in physicis. Unde fit ut priuationis differentia
ad generum diuisionem frequenter utamur.
Sed hic quoque eodem modo sicut in contradi-
ctione faciendum est. Prius enim ponendus
est habitus qui est affirmationi consimilis
post priuatio que negationi. Aliquotiens ta-
men cum priuationes quedam uocabulo profe-
runtur ut orbus cecus uiduus. Aliquotiens
cum particula priuationis ut cum dicimus
finitum et infinitum equale et inequale. Sed
in his equum et finitum in diuisione prima

ponenda sunt privationes scilicet. Ac de opposi-
tione quidem privationis et habitus hec dicta suf-
ficiant. Contrariorum oppositio dubitatur
fortasse. An secundum privationem et habitum esse
videantur: ut album nigrum. An album
quidem privatio nigri sit. nigrum vero albi. Sed
hec alias. Nunc ita tractandum est tamquam
sit aliud oppositionis genus vel modus. Sic
ut in predicamentis dictum est ab [illegible] aristote-
le. In contrariis autem generibus multa divi-
sio est. fere enim cunctas differentias in contra-
ria ducimus. Sed quoniam contraria sunt
alia medio carentia alia mediata. Itaque
divisio facienda est. Ut colorum alia sunt ni-
gra. alia sunt alba alia neutra. Fieret autem
omnis divisio omnisque diffinitio duobus termi-
nis nisi ut supra iam dictum est indigentia
que extitit semper in nomine plus haberet. Quo
autem modo utraque duobus terminis fieret
erit manifestum hoc modo. Cum enim dico
animalium alia sunt rationabilia. alia
irrationabilia. animal rationale ad homi-
nis diffinitionem contendit. Sed quoniam anima-
lis rationalis non est unum nomen ponamus
ei nomen .a. litteram. Rursus .a. littere quod
est animal rationale alia sunt mortalia.
alia immortalia. Volentes ergo reddere hominis
diffinitionem. dicemus homo est .a. mortale
Nam si hominis diffinitio est. animal rati-
onale mortale. Animal autem rationale per .a. lit-
teram significatur: idem sonat .a. mortale
tamquam si diceretur animal rationale mor-
tale. A. enim ut dictum est animal rationale
significat. Sic ergo .a. littera et mortali duobus
terminis facta diffinitio est. Quod si reppertum esset
in omnibus quoque nomina duobus semper termi-
nis tota diffinitio constitueretur. divisio [illegible]
nominibus positis quoniam semper in duos terminos se-
caretur manifestum est si quis generi et differen-
tie cum deest ipsum nomen imponat. Ut cum
dicimus figurarum que sunt trilatere. alie
sunt equilatere. alie duo latera habentes
equa. alie tote inequales. Trina ergo ista di-
visio. si sic proferretur fieret duplex. Figura-
rum que sunt trilatere alie sunt equales.
alie inequales. Inequalium alie sunt duo
latera tantum habentes equa alie tria
inequalia. id est omnia. et cum dicimus re-
rum omnium alia sunt bona alia mala
alia indifferentia que nec bona scilicet sunt
nec mala. si ita diceretur gemina divisio pro-
veniret. Rerum omnium alia sunt differen-
tia. alia indifferentia. Differentium alia
sunt bona alia sunt mala. Ita ergo divisio
omnis in geminam secaretur si speciebus et diffe-
rentiis [illegible]. Quam autem
oppositionem dicimus que est secundum ad aliquid
ut pater filius. dominus servus. duplex
dimidium. sensibile sensus. Hec igitur nullam
habent substantialem differentiam qua a se
discrepent immo potius habent huiusmodi
cognationem qua a se invicem referantur
ac sine se esse non possunt. Non ergo est generis
in relativas partes facienda divisio. sed to-
ta huiusmodi sectio a genere non separanda
est. neque enim hominis species est. servus autem
dominus nec numeri medium aut du-
plum. Cum ergo quatuor sint differentie af-
firmationis et negationis si non necesse est
semper tamen relationis reicienda est divisio
privationis et habitus et contrariorum
sumende. Maxime autem contrarietas
indifferentiis ponenda est. nec non etiam
privatio idcirco quoniam contra habitum quod-
dam contrarium videtur apponere ut est
finitum et infinitum. Quamquam enim
sit privatio infinitum tamen contrarii ima-
ginatione formatur. Est quedam namque ut
dictum est forma. Dignum vero inquisitum
est utrum in species an in differentias recte
genera dividantur. Diffinitio namque di-
visionis est generis in species proximas distribu-
tio. Oportet enim secundum naturam divisionis
et secundum diffinitionem in species proprias semper
fieri generis disgregationem. Sed hec multum
fieri nequit propter eandem causam quam supra
reddidimus. Multis enim speciebus non sunt
nomina. Atque ideo quoniam quedam sunt quedam
prima genera quedam ultima. quedam me-
dia. Primum quidem ut substantia. Ulti-
mum ut animal. Medium corpus. Corpus
namque animalis genus est. Substantia vero cor-
poris. sed neque supra substantiam quicquam
inveniri potest quod generis loco valeat

collocari. neque sub animali homo namque species
non genus est. Quare antiquior videtur spe-
ciei divisio si non sit indigentia nominum.
Quod si his non habundamus prima genera
usque ultima convenit in differentias sepa-
rare. hoc autem fit hoc modo. Ut primum
genus in suas differentias disgregemus. non
in posteriores et posterius. Rursus in suas sed
non in posteriores. Neque enim hee edem sunt
differentie corporis que animalis. Si quis
enim dicat. Substantie aliud est corporale.
aliud incorporale. recte divisionem fecerit.
hee namque differentie proprie substantie sunt. Si
quis vero sic. Substantiarum. alia sunt anima-
ta. alia inanimata. hic recte substantie diffe-
rentias non disgregavit. Corporis namque differen-
tie sunt non substantie id est subalterni generis non
primi. Quare manifestum est secundum proprias diffe-
rentias non secundum posteriores generis. priorum
generum divisionem generis faciendam.
Quotiens autem aut in differentias aut in
species solvitur post divisionem factam mox
diffinitiones aut exempla subdenda sunt.
Sed si quis diffinitionibus non abundat sa-
tis est exempla subicere ut cum dicimus.
Corporum alia sunt animata. subiciamus
ut homines vel fere. alia sunt inanimata.
ut lapides. Oportet autem divisionem quoque
sicut terminum esse neque diminutam esse neque su-
perfluam. Nam neque plures species quod sub eo-
dem genere sunt. oportet apponi neque paucio-
res ut in se ipsam divisio sicut terminus conver-
tatur. Convertitur enim terminus sic. Virtus
est mentis habitus optimus. Sic etiam divisio
Omne genus aliquid eorum erit que sunt species
Rursus quelibet species est proprium genus. Fit autem
generis eiusdem multiplex divisio. ut omnium
corporum et quecumque alicuius sunt magnitudi-
nis. Sic enim circulum in semicirculos et
in eos quos geometrici thomeas vocant nos
divisiones possumus dicere. Distribuimus
tetragonum alia ducto per angulum dia-
metro in triangula alios in paralogramata
alios in tetragona separamus ita quoque genus
cum dicimus. Numerorum alii sunt pa-
res. alii impares et rursus alii primi. alii
non primi. Et triangulorum alia sunt
rectiangula. alia acutos habentia tres angu-
los. alia obtusos. Sic generis eiusdem fit divi-
sio multiplex. Illud autem scire per utile est. quoniam
una quodammodo multarum specierum si-
militudo est. Que omnium earum substanti-
alem convenientiam monstret. atque ideo col-
lectivum plurimarum specierum genus est.
Disiunctive vero unius generis sunt species
Que quoniam differentiis informantur
ut dictum est. iccirco sub uno genere minus
duabus speciebus esse non possunt. Omnis enim
differentia in discrepantium pluralitate
consistit. Sed de divisione generis et speciei
per plura dicta sunt. Hanc igitur institutionibus
viam perceptior per divisionem generis ad spe-
ciei diffinitionem facultas aperitur. Oportet
enim non solum quas ad diffinitionem diffe-
rentias sumamus addiscere. sed ipsius quoque
diffinitionis artem diligentissima cogniti-
one complecti. Et illud quidem a nulla
possit diffinitio demonstrari. et quemad-
modum per demonstrationem valeat inveni-
ri. et quecumque de ea subtilius in posterioribus
analeticis ab aristotile tractata sunt pretermit-
tam. Solam tantum exequar regulam
diffiniendi. Rerum enim alie sunt supe-
riores. alie inferiores. alie medie. Superiores qui-
dem diffinitio nulla complectitur idcirco
quod earum superiora genera inveniri non
possunt. Porro autem inferiores ut sunt
individua ipsa quoque specificis differentiis
carent. Quocirca ipsa quoque a diffinitione
seclusa sunt. Media ergo que et habent genera
et de aliis generibus vel speciebus predicantur
vel individuis sub diffinitione cadere pos-
sunt. Data ergo huiusmodi specie que et ge-
nus habeat et de posteriori predicetur. pri-
mo eius summo genus et illi generis differen-
tias divido et adiungo differentiam generi
et video num illa differentia iuncta cum
genere equalis esse possit. cum ea specie que
circumscribendam diffinitionem suscepi.
Quod si minor fuerit species illa differentia.
Rursus que dudum cum genere posueram
quasi genus ponimus eamque in alias suas
differentias separamus. Et rursus has duas
differentias superiori generi coniungimus.

76

et si equantur diffinitio speciem speciei esse dicatur vel videatur. Sin minus fuerit secundam differentiam rursus et in alias separamus quas omnes coniungimus cum genere. Et rursus speculamur si omnis differentie cum genere illi equales sint speciei que diffinitur. Et postremo totiens differentias differentiis distribuimus usque dum omnis iuncte generis speciem equali diffinitione describant. Huius autem rei clariorem facient exempla notitiam hoc modo. Sit enim propositum nobis diffinire nomen. Vocabulum ergo nominis de pluribus nominibus predicatur et est quodammodo species sub se quodammodo individua. Diffinitio ergo sit nomen. Sumo eius genus quod est vox et divido. Vocum alie sunt significative alie vero minime. Vox autem non significativa nichil ad nomen et enim nomen significat. Sumo ergo differentiam que est significativa et iungo cum genere id est cum voce et facio vox est significativa. Tunc respicio utrum genus hoc et differentia nomini sint equalia. Sed nondum equalia sunt. Potest enim et vox significativa esse et nomen non esse. Sunt enim quedam voces que et dolores designant aliasque animi passiones naturaliter que nomina non sunt ut interiectiones. Rursus ipsam vocis significativam in alias differentias divido. Vocum alie sunt secundum positionem alie naturaliter. Et vox quidem significans naturaliter nichil ad nomen. Vox vero significans secundum positionem hominum nomini congruit. Quocirca duas has differentias significativa secundum positionem iungo cum voce id est cum genere et dico. Nomen est significativa vox secundum placitum. Sed rursus michi non equatur ad nomen. Sunt namque verba voces et significative et secundum positionem. Non igitur solius nominis diffinitio est. Distribuo iterum differentiam que est secundum positionem et dico. Secundum positionem vocum significativarum alie sunt cum tempore alie sine tempore. Et differentia quidem cum tempore nomini non iungitur. idcirco quod verborum est consignificare tempora nominum vero minime. Restat ergo ut congruat illa differentia que est sine tempore. Iungo igitur has differentias in genere et dico. Nomen est vox significativa secundum placitum sine tempore. Sed rursus michi non plena diffinitionis conclusio occurrit. Potest enim vox significativa et secundum positionem et sine tempore esse et nomen non esse. ut sunt nomina iuncta que est oratio ut Socrates cum Platone et discipulis. Sed quamquam hec imperfecta quidem sit hec oratio. tamen est oratio. Quocirca ultima differentia que est sine tempore aliis item differentiis dividenda est. Et dicemus. Vocum significativarum secundum positionem sine tempore alie sunt quarum pars aliquid extra significat hoc pertinet ad orationem. Alie quarum pars extra nichil significat hoc pertinet ad nomen. Nominis enim pars nichil extra significat. Sit igitur diffinitio sic. Nomen est significativa secundum placitum sine tempore cuius nulla pars extra significativa est separata. Videsne igitur quam recta diffinitio constituta sit. Nam quod dixi vocem a ceteris sonis nomen disiunxi. quod significativa apposui nomen ante significativis vocibus separavi. Quod secundum placitum et sine tempore a naturaliter significantibus et a verbis proprietas nominis distributa est. Quod eius partes extra significare apposui ab oratione distinxi. Cuius partes aliquid separate extra significant. Unde fit ut quodcumque nomen fuerit illa diffinitione claudatur. et ubicumque hec ratio diffinitionis aptabitur. illud nomen esse non dubitetur. Illud quoque dicendum est quod genus in divisione totum est. in diffinitione pars. Et sic diffinitio est quasi quedam partes totum coniungatur. Et sic est divisio quasi totum solvatur in partes. Et est similis divisio generis. totius divisioni. Diffinitio totius compositioni. Namque in divisione generis animal totum est hominis. In ea se enim complectitur hominem. in diffinitione vero est pars. Speciem namque genus cum aliis differentiis iunctum componit. Ut cum dico animalium alia sunt rationalia alia inrationalia. Et rursus rationalium

alia sunt mortalia, alia inmortalia. animal rationale totum est. et rursus rationale mortale. et hec tria hominis. Si uero in diffinitione hominis dicam homo est animal rationale mortale tria hec unum hominem iungunt. Quo circa pars ipsius et genus et differentia repperitur. Sic igitur in divisione genus est totum species pars. Eodem quoque modo differentie totum partes in quas ille dividuntur. In diffinitione uero et genus et differentie partes sunt. Diffinita uero species totum. Sed hec hactenus.

Nunc de ea divisione dicemus que est totius in partes. Hec enim erat secunda divisio post generis divisionem. Quod enim dicimus totum multipliciter significamus. Totum namque est quod continuum est. Ut corpus uel linee uel aliquid huiusmodi. Dicimus quoque totum quod continuum non est ut totum gregem totum populum uel totum exercitum. Dicimus totum quod universale est ut hominem uel equum. Hi enim toti sunt suarum partium id est hominum uel equorum. Unde et particularem unumquemque dicimus. Dicitur quoque totum quod ex quibusdam uirtutibus constat. ut animalis potentia est alia sapiendi alia sentiendi. alia uegetandi. Tot igitur modis cum totum dicatur. facienda totius non divisio est. Primo quidem si continuum fuerit in eas partes ex quibus ipsum totum constare perspicitur. Aliter enim divisio non fit. Hominis enim corpus in partes suas ita divideres in caput in manus. toracem. pedes. et si quo alio modo secundum proprias partes fit recta divisio. Quorum autem multiplex compositio est multiplex etiam divisio. Ut animal quidem separatur in partes eas que sibi similes habent partes in carnes in ossa. Rursus in eas que similes non habent partes in manus in pedes. Eodem quoque modo et navis et domus. Librum quoque in uersus atque hos in sermones hos etiam in sillabas. Sillabas in litteras solvimus. Itaque fit ut sillabe et littere et nomina et uersus partes quedam totius libri esse uideantur. Alio tamen modo accepte non

partes totius sed partium sunt. Oportet autem non omnia speculari quasi actu dividantur. sed quasi animo et ratione. Ut uinum aque mixtum dividimus in uina atque mixta hoc actu. Dividimus etiam et uinum et aquam ex quibus mixtum est hoc ratione. Hec enim iam mixta separari non possunt. Fit autem divisio totius in materiam atque formam. Aliter enim constat statua ex partibus suis. aliter ex materia et forma id est ex aere et specie. Similiter autem etiam tota illa dividenda sunt que continua non sunt. Eodem quoque modo et universalia. Ut hominum alii sunt in europa. alii in africa. alii in asia. Eius quoque totius quod ex uirtutibus constat hoc modo facienda est divisio. Anime alia pars est in uegetalis alia in animalibus. Et rursus que est in animalibus alia rationalis alia sensibilis. Et rursus hec alias sub divisionibus dissipantur. Sed non est anima horum genus sed totum. Partes enim hec anime sunt. sed non ut in quantitate sed ut in aliqua potestate et uirtute. Ex his enim potentiis substantia anime iungitur. Unde fit ut quiddam simile habeat huiusmodi divisio et generis et totius divisioni. Nam si quod quelibet eius pars fuerit anime predicatio eam sequitur. ad generis divisionem refertur. cui ubicumque fuerit species ipsum mox consequitur genus. Quod autem non omnis anima omnibus partibus iungitur. sed alia aliis. hoc ad naturam totius referri necesse est. Restat nunc ut de uocis in significationes divisione tractemus. Fit autem uocis divisio tribus modis. Dividitur enim in significationes ut equivoca uel ambigua. Plures enim res unum nomen significare. ut canis. Plures rursus una oratio ut est dico grecos uicisse troianos. Alio autem modo secundum modum. hec enim non plura significat sed multis modis. Ut enim dicimus infinitum unam rem quidem significat cuius terminus inveniri non possit. Sed hoc dicimus secundum mensuram. aut secundum multitudinem. aut secundum speciem. Secundum mensuram. ut est infinitum est mundum. Magnitudine enim dicimus

infinitum. Secundum multitudinem ut est infinitam esse corporum divisionem. Infinitam namque divisionum multitudinem significamus. Rursus secundum speciem ut infinitas dicimus figuras. Infinite enim sunt species figurarum. Dicimus etiam infinitum aliquod secundum tempus. Ut infinitum dicimus mundum. cuius terminus secundum tempus diffiniri non possit. Igitur hec vox non plura significat secundum se. sed multimode de singulis predicatur unum tantum ipsa significans. Alter vero modus secundum determinationem. Quotiens enim sine determinatione dicitur vox illa. facit in intellectu dubitationem. Ut est homo. Hec enim vox multa significat. [illegible] erroribusque traducitur. Quid enim quisque [illegible] quitur nulla determinatione concludit. Nisi enim quisque diffiniat dicens ita. Omnis homo ambulat. aut certe quidam homo ambulat. et hunc nomine sita contingat designet intellectus audientis quod rationabiliter intelligat non habet. Sunt etiam alie determinationes ut si quis dicat da michi. quid dare debeat nullus intelligit nisi intellectus et certa ratio determinationis addatur. Vel si quis dicat. Ad me veni quo veniat vel quando nisi determinatione non cognoscitur. Est autem quidem omne ambiguum dubitabile non tamen omne dubitabile ambiguum. [illegible] quidem non tamen ambigua sunt. In ambiguis enim [illegible] se ipsum intellexisse arbitratur. Ut cum quis dicat. Audio grecos [illegible] unus potest intelligere quod greci troianos vicerunt. alius quod troiani grecos. et uterque hoc ipsius dicentis sermonibus rationabiliter intelligit. Cum autem dico da michi quid dare debeat nullus ex his [illegible] intelligit. Quod enim ego non dixi ille potius suspicabitur quod aliqua ratione id quod animo conceptum est perspicaciter videat. Tot igitur

modis enim vocis divisio fiat aut per significantias. aut per modum significationum aut per determinationem. In his que secundum significantias dividuntur non solum dividende sunt significationes sed etiam diversas res esse que significantur diffinitione monstrandum est. Aristoteles enim in topicis diligenter precepit ut in his que dicuntur bona. Alia sunt bona ut ea que boni retinent qualitatem. Alia que ipsa quidem qualitate nulla dicuntur. sed que bonam tamen faciunt idcirco bona dicuntur. Oportet autem ingenue exercere hanc artem ut ipse aristoteles ait contra sophisticas importunitates. Si enim sit nulla subiecta res quam significat vox significativa esse non dicitur. Si vero una sit res quam significat vox dicitur simplex. Quod si plures multiplex et multa significans. Dividenda ergo hec sunt ne in aliquo [illegible] est ambigua est oratio. evenit ut aliquotiens utroque modo possibilia que significantur ut id quod supra dixi. Potuit enim fieri ut greci vincerent troianos. et troiani grecos. Sunt vero alia que impossibilia sunt. Ut cum dicit hominem comedere panem. significat quidem quod homo panem comedat rursus quod panis hominem sed impossibile est. Ergo quotiens ad contentionem venitur. dividenda et possibilia et impossibilia sunt. [illegible] possibilia sola dicenda impossibilia relinquenda sunt. Quoniam ergo plures species plura significantium vocum sunt dicendum est quod alie in particula multiplicitatem significationis habent. alie in tota oratione. Et earum que in particula habent pars ipsa equivoca dicitur. Tota vero ipsa oratio secundum equivocationem multiplex. Illa vero que in oratione tota significationis multiplicitatem retinet ut superius dictum est ambigua nuncupatur. Dividuntur autem significationes equivocorum vel equivocarum orationum diffinitione ut cum dico homo vivit. Intelligitur et [illegible] hoc modo. Animal rationale mortale vivit quod

uerum est animalis rationalis mortalis
assimilatio tenet quod falsum est. Diuidi-
tur autem aduerbiis quibusdam quę terminant
uel generibus casus uel aliis accidentibus. Ut
puta dico romanorum carina sanguine sor-
det [illegible] demonstrat et calamitatem
Sed diuidimus sic. Articulo quidem ut di-
camus hec carina sanguine romanorum
sordet. uel genere ut carina romanorum
sanguine plena est. uel casu uel nume-
ro. Ambiguo enim [illegible] singularis. [illegible]
pluralis. Ceteris aliis quidem eodem modo.
Sunt autem alia secundum accentum. alia
secundum orthographiam. Et secundum accentum
quidem ut pone et pone. Secundum ortographiam
[illegible] ut queror et queror ab inqui-
sitione et querela. Et rursus hec uel secundum
ipsam ortographiam uel secundum actionem uel
passionem quod queror ab inquisitione pas-
siuum est. queror a querela agentis est. Am-
biguarum uero orationum facienda est diuisio
aut per [illegible] ut audio troianos uel
grecos uicisse. aut per [illegible]
grecos uicisse. aut per diuisionem ut greci
uicerunt troiani uicti sunt. Aut per aliquam
transmutationem ut cum dicitur audio
troianos uicisse grecos ita dicimus. Audio
quod greci uicerunt troianos. Hec igitur am-
biguitas quibus [illegible] modis soluetur. Non
tamen ita diuidenda est omnis [illegible] signifi-
catio tanquam generis significatio. In genere
enim omnes species enumerantur. In ambi-
guitate uero tantę sufficiunt quantę ad eum
sermonem possunt esse utiles quę alterutra
necit oratio. Ac de uocis quidem significa-
tione sufficienter dictum est. Est et de generis
totiusque diuisione propositum atque expeditum.
Quare de omni secundum se partitione diligentissi-
me peractum est. Nunc autem de his diuisionibus
dicemus que per accidens fiunt. Harum autem
commune preceptum est quicquid ipsorum
diuiditur [illegible] separari. Ut si subiec-
tum [illegible] accidentia diuidimus non dicamus
corporum alia alba alia dulcia. quę opposita
non sunt. Sed corporum alia sunt alba.
alia nigra. alia neutra. Eodem quoque mo-
do in aliis secundum accidens diuisionibus di-

uidendum est. et illud maxime perspiciendum
ne quod ultra dicatur aut minus sicut fit
in generis diuisione. Non enim oportet relinqui
[illegible] accidens per eadem oppositione
quod subiecto inesse [illegible] quod non in diuisi-
one dicatur. neque uero addi aliquid quod subiec-
to inesse non possit. Posteriori quidem peripate-
tice secte prudentię differentias diuisionum
diligentissima [illegible] proponit et per diuisionem
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
diuisione quidem omni quantum introduc-
tionis [illegible]
[illegible]

ICENDI AC DIS-
PUTANDI PRIMA
SEMPER ORATIO
est etiam dialec
ticis auctoribus
et ipso tullio sepe
amonente que
dicitur diffinitio.
Quippe cum inter
tamen contentionemque nichil possit quod ta
men in dictione consistit aliquando deduci
nisi id de quo futura pugna est prius fuerit
ita diffinitione destrictum ut possit inter u-
trumque qui inituri sunt causam litem esse mani-
festum quid sit illud de quo instituta ques
tione tractabitur. Vnde non solum commo-
ditatis genere perspicienda est virtus diffini-
endi. quia per hanc reformatione semper evolvitur
et quid illa sit que de quo queritur expli
cat. verum etiam quod principalis semper
adhibet[illegible] et manifestum
paret. rei que in contrarium deducte habeat
questionem. Et enim si verba aut nota om
nibus extitissent aut unam significantiam
sui semper tenuerint. et non ambiguo vel obscu
ro dicto. et audientes fallerent. et loquentes
sub diversa interpretatione deciperent. om
nino diffinitio necessaria minime crederetur.
At cum nomina rebus imposita vocesque sin-
gule pro estimatione eius qui ita res appellan-
das censuit ita sint constitute et ita arte co
mposite ut nota quadam incertum significa-
tione non apta declaratione ducerent au-
dientes necessarium admodum arbitror
nosse quid sit diffinitio quibusque specie-
bus ac partibus compleatur ut facillime
et eam rem quam declarant possit osten-
dere. et tollat tamen cognitis modis indi-
cendo sua varietate fastidium. Ac prius
eiusdem ipsius ut ordinem per precepta ser-
vare videamur. diffinitionis est adhiben
da est diffinitio.

[D]iffinitio ut tullius in topycis refert
est oratio que id quod diffinit ex-
plicat quid sit. hoc ita patet et ita intelli-
gendum necesse est. ut in quo genere sit
diffinitio declarandum esse videatur et quid
comprehendat. et quemadmodum perfecte
eadem diffinitio diffinita sit nomina vel
voces interdum res significant. interdum
facta. interdum singula dicta. interdum
orationes. Et quamquam nihil omnibus fac-
tis ac dictis et orationibus genus esse videatur
quod dicimus res tamen pro nomine et tota
significatione aliud videatur esse quam fac-
tum quam dictum singulare atque unicum
aliud quam oratio. Ergo diffinitio non est
facti vox non est rei alicuius aut corporalis
aut incorporalis sed orationis. Etenim dic-
tio que exprimit id de quo queritur quid sit si-
ne dubio appellatur oratio. Vt oratio est
exordium et narratio et cetera que partes
orationis esse dicimus. Ita ergo et diffinitio
oratio est. Sed quoniam hoc generale no
men est quod utique dicimus convenit et tam
expositioni [illegible] singulas
que utique orationes dicuntur esse ut id quod
generaliter est appositum possit ad id deduci
de quo [illegible] species. Quippe [illegible]
enim quid sit diffinitio ad quam rem declaran
dam tullius adiecit que id quod diffinit
explicat quid sit. Talis oratio non est nisi
diffinitio. Nam narratio quidem que non
explicat quid diffinit sed gestum sit. Et
item alie singule orationes in suis officiis ac
nominibus constitute aliud sunt quam est
ista oratio que id quod diffinit explicat
quid sit. ita adiecta est species ut cum ge
nus supra sit oratio species sit que id quod
diffinit. Postremo tamen adiunctum sit.
que certe id et magis proprium declarat
quod dictum est explicat quid sit. Sunt
enim alie orationes que explicant magis
quale quid sit aut quantum sit. At vero nichil
horum sed tamen quid sit explicant. Diversa
enim ista paratione cognitio. Quippe
cum aliud sit scire quale sit explicare
aliud quid sit. hoc enim in percipienda rei
substantia continetur illud in qualitate
noscenda. Et hec quidem ciceronis adhibi
ta sit diffinitio. Nos tamen aptius id ipsum
quid sit diffinitio nostra explicatione faciamus.
Omne quod demonstratur oratione. Aut

an sit demonstratur. aut quid sit. aut quale sit demonstratur. Ita cum adhibeatur omnia ad declarationem rei alicuius an sit non diffinitio est. Item cum quale sit aliquid oratione monstratur pari modo diffinitio non erit. Cum quid sit ostenditur quod medium est inter an sit et quale sit. ita medium ut an sit nulla dubitatio iam sit. Item quale sit in scientia collocatum. sed eius qui diffinit non eius qui requirit medium inquam orationis hoc genus quod ostendat id ipsum de quo queritur quid sit diffinitio nuncupatur. Omnis diffinitio in questione rem habet certam. Omnis enim res si certa est diffinitione non eget. [illegible] ne monstrari. Omnis enim res si modo iam res est. quemadmodum diximus certa est. Cum si certa est et qualitates suas habet quibus cum facile comprehenditur facile quid sit agnoscitur. Nunquam enim quid sit intelligi potest nisi quale sit fuerit comprehensum. Omnis diffinitio aut probande rei causa sumitur: aut augende. Si res in questione uersatur. siue apud aduersarium uel apud auditorem quemlibet iam nota res est nichilominus tamen diffinitio ut eadem que nota est certa et fixa teneatur adhibeatur. Omnis diffinitio aut rethorica est oratio aut dialectica. Si rethorica est originem ex contentione suscipiens proinde qua dicitur partes sed diuidit. nec in minus tractatu a suis rebus tota consistit ut cum unum- [illegible] cas per partes eandem distribuant dicta certantium. Sepulture uiolatione rem esse certam plenam perfectamque tenemus cum in eruto sepulchro est etiam animus et factum uiolantis ut studio eruendi et profanandi manes hoc quispiam uideatur aggressus. Ergo ut diximus uiolatio sepulture constat ex animo et facto plenaque ipsa res uiolati sepulcri. ex his duobus. aperuit sepulcrum quidam ut auferret ornamenta. Idem sepulcri uiolati reum in iudicium deuocatur. Sine dubio diffinitiuam contentionem et orationem exprimentem quid sit uiolatio sepulture necessario causa desiderat. Sed

singulis partibus totius facti et pleni utuntur oratores ut sepulture uiolationem ponat quod apertum sit sepulcrum contra alius sepulture uiolationem dicat in animo contineri. Ita existit diffinitiue orationis iste tractatus ut cum totumque agnoscitur in sepulture uiolationem per partes suas fuerit distributum easque partes oratores singuli tenuerint. contendendo genere diffinitionis frui uideantur cum non sit certa non plena non integra diffinitio nisi cum totum quicquid ipsius rei est de qua queritur exprimens quid sit oratio declarauerit. Verum hec captiosa falsa non certa rethorum diffinitio. Est etiam alia que rethoribus accommodata cognoscitur que longe a uirtute diffiniendi plenius sine separatur. que per collectionem non quid sit ostendit. sed hoc esse assumit cum aliud sit oratione concludit. Ut cum queritur quid sit accipere utique repetunda certa uerba nichil aliud est nisi propria manu aliqua ab aliquo oblata sumere. Per collectionem diffinit tullius pecunias accepisse uerrem cum comites socii ministrique pecunias acceperint. Comites illi tui manus erant tue. Item in illo exemplo cum queritur inimicicie quid sint. dicimus inimicum esse qui aliquid molitus sit mali. Hac cicero collectione utens dicit inimicum qui facit contra omnium rem uoluntatem honorem dignitatem. Ex quibus colligimus huiusmodi diffinitiones [illegible] longe tamen a uirtute diffinitionis esse disceptas. Sed hec diffinitiones que oratoribus apte sunt et poetis et sine explicationem certum ordinem [illegible] constituta precepta ita ut omnis diffinitio hoc est oratio que explicat id de quo queritur quid sit bis membris partibusque teneatur. Primum ut breuiter id de quo queritur quid sit oratio nostra contineat et hoc appellatur diffinitio. Deinde eius diffinitionis supponatur approbatio qua illud ostendimus ut ipsum quod breuiter in dispositione posuimus ita esse argumentorum rationibus approbemus. Deinde [illegible] deductione eiusdem diffinitionis in eam speciem de qua questio

est. de qua iudicium est constitutum. ut cũ
generaliter rem diffinierimus. & ita ẽẽ de qua
queritur dixerimus postea. uerum ẽẽ qd diffi
nivimus approbatione constituerimus. tẽtio loco
ostendamus hoc ẽẽ quod gestum est uel id
ẽẽ de quo queritur. Que orationis pars
appellatur deductio generis ad speciem.
Quarto loco in oratione nr̃a ponemus destruc-
tionem diffinitionis aduerse partis hoc est ut
quemadmodum aduersarii diffinierint idip
sum de quo supra diffinitione constituimus
proponamus eamq; aduersariorum diffinitionem ui-
tiosam esse doceamus. Que quemadmodum uiti
osa sit postea declarabimus. Habet enim par-
tes suas certas integras de quibus nunc dicere sup
sedemus. Est diffinitio inimicitiarum apud
tullium breuis ita collocata. anti maiores
inimicitias putas ẽẽ quam contrarias homi
num uoluntates & dissimilia studia. Hec ut
dixi & diffinitio est rethorica & breuiter oratio
conclusa quid sint inimicitie. Postquam dif
finitionem adhibetur approbatio fidem ac
religionem sanctissimam iniuria qui putat
potest ei non inimicus ẽẽ qui fana spolia
rit omnia. Deinceps reliqua que sequuntur
In quo quidem animaduertere illud licet pos
se coniungi & approbationem diffinitionis &
deductione diffinitionis in species. Namq;
hic tullius inimicitias ẽẽ contraria studia &
[illegible]
ipsam de qua querebatur factam uerbis inclu
dat. Potuit enim approbatio fieri illas ẽẽ ini-
micitias que contrarias continent uolun-
tates. & iniuria & in omnibus subponendis talis
dictio componi. cum fidem alius seruet in
fidelis alius sit. nulla dubitatio est qui in
tali animo inter se affecti inimici ẽẽ credantur.
Item religioso uiro irreligiosus inimicus est.
Alia quoque si ex diuersis studiis ac uoluntatibus
supposita dicerentur sola esset approbatio. non
etiam deductio generis in speciem. At cum
nunc ita conectitur dictio fidem sanctissimam
iniuria qui putat religionem qui colendam
ẽẽ existimat is sine dubio inimicus est eius
qui fana spoliauit omnia. templa uiolauit
delubra polluit. Hic etiam animaduertis
idem factum de quo specialiter queritur ita
continetur et includitur. ut simul cum appro
batione & deductione diffinitionis in speciem
[illegible] Post [illegible] diffinitio [illegible]
nis aduerse partis. sed per concessionem id est sil
logismum. An si contra rem meam fecisset aliquis
iniuria iure ei me inimicum ẽẽ profiterer. Pona
mus igitur aduerse partis diffinitionem talem.
Inimicitie sunt contra rem meam aliquis aut
facit aut dicit iniuria. Hanc diffinitionem
sic destruit tullius ut concesso eo quia est
[illegible]
cum aliquis facit contra omnium rem honorẽ
dignitatem. Talis igitur semper circa rethoricam
diffinitionem per membra quarta nectitur
oratio ut sit diffinitio approbatio diffinitionis
deductio diffinitionis [illegible] ad speciem. Deinde
postrema destructio diffinitionis aduerse
partis. Sed hec apta rethoribus non etiam
philosophis uidetur. Illa que philosophorum
propria ẽ etiam oratoribus conuenit. eamq; sibi
& admixtam suam & adornamentum pro
dictionis adiungit orator. Omnia enim que
philosophorum in dicendo sunt oratoribus rec
te exprimit. Nam et uero utitur argumento
quod proprium ẽ philosophis utitur etiam ne
cessario. At contra philosophis in disputa-
tionibus proprius rethorum cuncta condem
pnat. Neq; enim adiungit aliquando
significat. neque quod credibile dicitur. &
[illegible]
excludit. Ergo diffinitio philosophorum
que est in membris exprimendis que explicat quid
sit quale sit. quemadmodum membris suis
constare debeat exponimus. Diffinitiones
ẽẽ principia disputandi & supradiximus.
& marcus tullius probat. cum in dialogis om
nibus tum etiam in eo libro qui topica inscribi
tur. in quo docet primum argumentorum locũ
ẽẽ diffinitionem hoc est a toto. Cui loco qui
appellatur a toto necessario adhibenda est
diffinitio. ita ut argumenti locus a toto sit
diffinitio. Porro ut supradiximus explicatio
argumenti quod a toto est dicitur oratio.
Ergo preceptis dialecticorum & philosophorum
omnium tenere debemus non ẽẽ diffinitionẽ
nisi sola qua declaret ut ea re quam diffinirẽ
uolumus ẽẽ. Primum quod eius rei intelli

-gimus non esse substantiam. Hoc ut aperti(us) fiat sic docebimus nullam esse diffinitionem certam integram approbandam nisi eam quam dicunt philosophi substantialem greco usiades appellatur. Quid autem substantia sit alibi explicandum est. Ad cognitionem interim illud accedat quociens de aliquo queritur quid sit. tunc posse esse ortam ac substantialem quociens eius rei de qua queritur ut diximus [illegible] differentias in oratione subiungimus. Non alienum videtur exempla proponere ac sic ad reliqua que sunt obscura transire. Queritur homo quid sit. Huic utique genus est animal. Cum igitur in diffinitione qua explicabo quid sit homo dixero animal. Ac deinde reliqua conectam erit substantialis diffinitio. substantia enim hominis declarata cum dixi animal. Item cum queror quid sit album ac nigrum si dixero album est color quia color genus est ad hoc de quo queritur album vel nigrum iam substantialis ei erit diffinitio. Incipit enim a genere et si cetera conectit substantialis esse dicitur et hec propria vel integra a philosophis hec appellata ita ut alio modo facta diffinitionum quam dicatur esse. Verum a quibusdam hoc nomen etiam ad alia que alio modo diffiniuntur sepe transfertur. Ergo hec substantialis diffinitio a tullio sic explicatur. Oportere nos posito genere eius rei de quo queritur subiungere species. Ut alia que vicina esse possunt. discretis communionibus separemus et tam diu interponamus differentias quam diu ad proprium de quo queritur signata eius expositione veniamus. Ipse in topicis exempla subiecit. Nos vero ne fiat in exemplis lectori exiure conclusio. hoc proponamus exemplum. Homo est animal rationale mortale terrenum bipes risus capax. Animal cum dictum est. substantia hominis declarata est. [illegible] ut supra dictum est. ad hominem genus animal. Omne autem genus speciei sue substantialis est declaratio. Sed hoc animal quia late patebat adiecta species est terrenum. Iam exclusum est id quod aut aereum est. aut humidum. bipes vero propter animalia positum est que pluribus pedibus innituntur. Item rationale propter alia que ratione egeant. Mortale autem propter id quod deus est. Quibus omnibus animalibus que convenire poterant ad superiora in oratione posita discretis atque disclusis adiectum est proprium in parte postrema. Est enim solum hominis quod ridet. Sic perfecta est omni ex parte diffinitio ad hominem declarandum composito genere exclusis omnibus que poterant convenire ad proprietatem eiusdem de quo querebatur pervenit oratio. Atque hoc preceptum tullianum est. eo usque eum qui diffiniat voces interponere et adicere differentias quo usque ad proprietatem que iam communis esse non possit. sermo perveniat. Verum aristoteles diffinitionem plenam ac perfectam ait consistere ex genere et differentiis. Ex genere etiam et differentiis nos supradiximus hoc idem quod supra docuimus cum interposita species differentia sua alia que possent esse consimilia separaret. Quidam tamen curiosiores plenioresque in docendo diffinitionis ipsius quasi quedam membra constituunt. dicuntque eam debere consistere perfectam diffinitionem istam quam appello substantialem ex quinque partibus id est ex genere. specie differentia. accidenti proprio. Et recte quidem ac vere ista commemorant. nec aliena vel a principe harum artium aristotile aut a tullio qui de illis precepta tradiderunt iudicanda sunt. Constat enim quinque partibus veluti membris suis integra diffinitio. Verum et aristoteles in libris quos topyca appellavit. docuit quid sit genus quid species et cetera. Et plurimi postea philosophi libris suis complexi harum quinque rerum et potentiam declaraverunt. Nos quoque in uno libro de his quinque rebus plenissime disputavimus. Itaque ne res etiam interposita obscu- [illegible] lectorem ad librum qui iam scriptus est si adest ei diligentia ire volumus nunc non esse impedimento quod hic pretermissum est animadvertit. Id etiam illis omnibus cognitis ex preceptorum necessitate retinebit quod in oratione ista substantiali tam diu interponere

debemus species et differentias quam diu se clusis omnib; que hic idem ēē possunt ad id p̄ueniatur. ut p̄prietas certa teneatur. Tullius in topicis uoluit ius ciuile diffinire. et ut oportuit cepit a genere. Dixit enim in principio. Ius ciuile ē equitas. Hoc iuris genus ē. Sed qm̄ eadem equitas nunc constitutiua ē. nunc naturalis est. ius autem ciuile equitas est ab omnib; instituta. ideo adiectum ē. ius ciuile ē equitas constitutiua. Posito genere adiecta species speciem aliam separauit. scilicet naturalem. Sed qm̄ ius gentium equitas constituta ē et non ē tam̄ ciuile. adiectum quod separare potuisset ius gentium. his inquit qui eiusdem ciuitatis sunt. Qua specie interposita ius ciuile descripsit. Esset . nunc qui cum altero possit ēē commune hoc ipsum quod supradictum est uniuersū. Et enim religionum uiri et sacrorum omniū conuenit. Namq; ius religionum et equitas est. et constitutiua equitas. et his omnib; qui eiusdem sunt ciuitatis. Sed illud ius non appellamus ēē ciuilem quod ē pontificum. Hic igitur ut possit excludere et ius ciuile usq; ad p̄prium diffinire. adiecit ad res suas optinendas. Demus aliud exemplum in orationib; positum quo facilius et manifestius res explicet̄. Diffinit tullius quid sit gl̄a his ut opinor uerbis. Gloria ē inq̄t inlustris et puagata magnorum cum in suos ciues. cum in rem publicam uel in omne genus hominum fama meritorum. Gloria igit̄ substantialiter diffinita ē cum dictum est fama. Est enim glorie genus fama. Que q̄a nunc rerum malarum est. nunc bonarum. idcirco genus est cui speciei addita ē. illustrisq; laus est. fama enim que bonarum ē laus est et illustris. Hac igitur re exclusa ē fama deterior et qm̄ hec fama laudatur nunc p̄ merito. nunc ultra meritum ēē potest. frequenter enim aliter quam res gesta ē oratio de quo aliquod emanauit. idcirco inquit fama meritorum. Ea enim sunt merita que cum p̄stamus mereri nos gloria faciunt. Ergo cicero qui uolebat cum gl̄a cesari dare cum rei publice p̄fuisset. idcirco ista facta uel merita generalit̄ posita diuisit in species et adiungeret tunc in suos ciues. cum in rem publicam uel in omne genus hominum que scilicet species recte factorum subiecte usq; ad p̄prietatem gl̄e continentur. habet nunc ueram et certam p̄prietatem in partib; gloria. Nam omē quod prestamus. aut quasi debitum dam̄. aut quasi non debitum cum recte facimus. si facta sola sint que quasi debita sunt dicitur illustris fama factorum. Cum autem ultra quam debitum est facimus p̄standi beniuolentia et benignitate tribuendi hec merita nuncupantur. Conclusit igit̄ utrorumq; genus prestandi cum dixit illustris et puagata fama factorum et post magnorum cum in re publica. cum in omnes ciues fama meritorum. Ex his omnib; aptum ēē arbitror istam diffinitionem que substancialis debet ēē sic esse dicendam. ut preposito eius rei de qua querit̄ genere et adiunctis speciebus cum differentia usq; ad eius p̄prium disclusa omnino communione ueniamus. Ac si uelim̄ iudicium ueri phylosophis auctoribus sequi. nulla dicetur alia diffinitio. Ceteri reliqua intellectum potius tribuunt non plenissime quid sit ea res adhibita oratione declarant. Uerumptamen qm̄ nomine translato et ceteris orationes hoc idem imaginaria adiectione retinentes pari nomine nuncupantur ut diffinitiones ēē dicantur. ponendas reliquas species arbitror. Quo facilius et quid ceteri dicant nosse possimus. Et diffinitionis posito multiplici modo facile ut supradictum ē diffinien di uarietas seruetur. Tullius in topicis de p̄mis tribus locis tractans. A toto. A partibus. A nota. Dicit enim a toto argumentum est ut supra docui diffinitione adhibendam. Hic enim ponitur genus quo quid res ipsa sit de qua queritur explicetur. At a partibus cum argumentum est etiam ipsa quidem dicitur diffinitio uerum translato nomine cum enumeratis omnib; toci partib; sit quod totum est recognoscitur. hac penere nichil inter est utrum diffinitione a toto cunctas partes totius ex diffinitione

noscamus. an collectis omnib; partibus quod
totum est expartium enumeratione capiam.
Cicero talem diffinitionem partium enume-
rationem appellat. sed eam diffinitioni tri-
buens qin enumeratio partium id ipsum
de quo queritur quid sit ostendit. & hoc
idem agit suprapositra diffinitio. cum ora-
tio que quid sit ostendit dicitur diffinitio
Vnde nulli dubium e. quin etiam ista diffi-
nitio ee dicatur. Posuit g explicans quid
liber sit. uel in contrario quid sit non li-
ber. Cum libertas censu [illegible] datur uin-
dicta datur testamento & hec partes st
dande libertatis. Si neq; inquit censu
neq; uindicta nec testamento liber est. n
est g. hic positis partib; quib; liber efficit
sequitur negatio libertatis. si nulla haru
partium in danda libertate pcessit. Nec
nos moueat quod quid non sit in diffinitio-
ne e constitutum non quid sit. Par enim
ratio est & eadem diffiniendi uis. & cum
quid non sit ostenditur & cum quid sit
adhibita diffinitione nudatur. Quam-
quam tullius aliter in eodem libro [illegible]
at ee duo genera diffinitionum. Primum
cum id quod est diffinitur secdm cum id
quod non est. Et hoc particionis genus
in his que supra dixi clausit & extenuauit
Sed alia ee uoluit que ee dicebat alia que
non esse. Esse enim ea dicit quecu subee cor-
pus. Ut cum diffinimus quid sit aqua
quid ignis. Non autem ee illa [illegible]
uoluit quibus nulla corpora uel uidere-
tur ee substantia. ut pietas uirtus. Sed nos
omnia ista uel que sunt corpore. uel que st
in corpore si in eo quidem accipiuntur
ut aut pse esse aut in se aliquo ee uide-
antur in uno genere numeranda dicimus
ut ista omnia ee intelligantur quib; omnib;
sua potest ee substantia siue ille corpales siue
ut certissimum est & recto nomine appellari
possunt qualitates. Verum preter hec ac-
cipienda diffinitio est. cum aliquid quod
non sit ostenditur. Diffinitione enim op
est ut possimus docere quid non sit. Ergo
si particione monstrabimus. fiet g etiam
a partib; diffinitio. Ut si dicam si nec

mas est nec femina homo non est. Item si
nec seruus est nec liber homo non e. Sane
hic ammonendum puto partes sepe ab ipso
de quo queritur toto accipi ad eius diffini-
tionem sepe non ab eodem ipso. sed ab eo qd
ipsi accidit ut accidentis enumeratio par-
tium possit diffinire quod totum e. Nam cu
sit homo totum de quo totum queritur qd
sit. non eius partes sunt seruus et liber. sed
accidentia homini quorum enumeratio
cum fuerit constituta homo quid sit osten-
ditur. Sane etiam illud aponendum hic
arbitror cum a partib; sit diffinitio posse
contingere nec modo totum ab omnib; par-
tib; colligatur ut hoc quod supradiximus
modo ita partes enumerantur in diffinitio-
ne ut in singulis totum sit. Sic illud in con-
trouersiis est decernere nitendo pficisci ue-
nire etiam si non pugnaueris hostes nec dimi-
cent terrere. Sic tullius multis in locis.
Et ipsa pcornelio ubi queritur quid sit
maiestatem minuere tractatur. quod
malam legem tulit. quod legere codice
intercessionem substulit quod seditio
nem fecit. In quib; omnib; diffinitur lesa
maiestas. sed ita singula sunt. ut in ipsis
singulis totum idem est lesa maiestas pos-
sit ostendi. hoc etiam ptullio tenet ubi
enumerationem modorum pquo fit
dolus malus. ita ut in singulis specieb;
dolus malus possit agnosci. Locum aptu
positum intelligamus cum illud quoq;
manifestum est notionem quadam in
ista diffinitione non plenissimam re
contineri. & longe illam prestare diffi-
nitionem quam supraposuimus cum gene-
re collocato ad declarationem rei que diffi-
nitur substantia eius [illegible] afferatur
oratio. Sane adiciendum arbitror non esse
quandam necessitatem in ista partium enu-
meratione ubi e quodam modo diffinitio
Si infinite partes fuerint uel plurime
species quarum particione facienda enu-
[illegible] nunquam arbitror in ista enu-
meratione uniuersa que infinita sunt
nos debere concludere. Sufficit enim uel
plurimarum effici enumerationem cum

in infinitas non sit aliquid preterire uitiosum.
hoc etiam in topicis collocatur posse nos ius ciui
le enumeratione diffinire quod in legibus in ee
quitate non totum ius enumeratum est. Quip
pe cum sit et in senatus consultis et plebiscitis
et edictis et principum iussis. sed fortasse adhuc
et in aliis. Et cum enumeratis ex infinitis aliquibus
partibus notio data iuris. quod ius ciuile sit
in similibus existimabimus. Ergo uel diuisi
one uel partitione efficietur ista de qua loqui
mur diffinitio. Sic enim etiam ipsa diuisio
ne eademque partitione cum enumeratis sub
omnibus si pauce sunt uel multis si infinite sunt
aut speciebus aut partibus ad cognitionem rei
de qua queritur notionemque deducimur. Sci
amus autem diuisionem a genere cum species
enumerantur esse. partitionem cum partes.
Quapropter animal si diffiniamus huic cum
sint species numero infinite. Ut homo bos
equus piscis leo et cetera paucis enumera
tis speciebus possimus quid sit animal decla
rare. At si illas species tetigero que differen
tie magis sunt que ipse tres esse possunt. humi
dum terrenum. celeste enumeratione harum
omnium rerum animal diffinitum sit. hoc
idem in partium enumeratione seruabimus
Ut si dicamus. Mundus est mare terra celum.
Enumeratione partium sed tamen omnium
quid mundus sit explicatum est. At si hoc
idem partes alias infinite uoluerimus adhi
bita enumeratione quid mundus sit diffi
[illegible]
partium sepe est infinitior. preceptum nobis
est ne aliquod uitium in enumeratione cre
damus. cum aliquid preterimus ea dum
taxat in re ubi partes sunt infinite. Ergo
poterimus dicere. mundus est sol luna astra
aer et cuncta que in eo sunt. terre omnia et cetera
que si non enumeratis omnibus partibus enu
merata proferimus. ex dictis partium simi
litudine comprehensa quid mundus sit os
tendimus. hoc igitur modo diffinitio etiam
partium enumeratione tractabitur.
Partes pro speciebus poni rationalis licentia
est. et totum pro genere. numquam tamen
genus pro toto aut pro parte species nomina
tur. Omne cuicumque quod genus est ad

species suas quasi totum est. Unde totum
pro genere iure dicimus. Eodemque quoque modo
partes pro speciebus nominabimus. Nam si ad
id quod genus est uocabulum quod dicitur
totum iure sociatur. Par ratio est pro specie
bus partes quasi totius enumerare appellati
one. Illud tamen proprie ammonitum uolo
cum duo genera rerum sint corporalia et
incorporalia. in utroque et genus et totum
accipi. ac pari modo partes et species no
minari sed separata rationis proprie secti
one. Ut cum genus qualitatis modo fuerit
nominatum. et species suppositas intellige
re debeamus. Cum uero totum non quo quali
tas eius animaduertatur significetur semper
in genere. sed quasi quoddam substanti
ale corpus. ut id sectum et in partes suas
[illegible]
tis recepit sectionem siue illud sit corpus.
siue ut diximus incorporale animaduersi
one utriusque cognitionis. que aut in qua
litate aut in quantitate est. Si qualita
tis rem appellatum uelimus genus esse di
camus. et huic species suppositas. Sin quan
titate quantitatem quandam in eo quod
totum est comprehendimus merito ac
iure partes in sectione esse diximus. Conces
so illo ad usum et licentia accepto ut species
partium nomine nuncupemus. genusque
ipsum quod circa qualitatem diximus
totius appellationem sine uitio proferamus
numquam tamen quod quantitatis est ubi
totum dicendum est. genus proferamus. nec
sub totum aliquando species sed semper po
nimus partes. [T]ertia diffinitio est que
a nota dicitur: cum uerbi uel nominis que
in compositione sita est rem suam facta
quandam separatione designat. fides est in
quit tullius cum fit quod dicitur. Hic
ita perspici licet uelut simplex nomen sit
fictum atque compositum. ut in res suas
obscura licet compositione resonet. Pene
enim eisdem sillabis rem suam dicentibus
uerbum compositum ad id quod significat
ex discretione cognoscimus. Sed sepe uerbum
simplex purum. nulla compositione cone
xum. in diffinitione a nota ducitur. ubi

est ... quam greci appellant [illegible] gian. Ut Cicero ait interloquium non possit [illegible] que nulla est [illegible] di [illegible] denominatione quodammodo quid sit id de quo queritur explicari. ut a bonitate bonus. et a malicia malus. Item cum in alio res cognita est facile hoc quod ab eo est diriuatum ad cognitionem ducit. ut quid sit ostendat. In pisone cicero consulem a consulendo ait dictum maxime quia inquit quod uis nominis ipsa prescribit rei publice consulendo. Et hoc diffinitionis genus esse dicendum est. Quoniam quam tullius in topicis argumenti locum fecerit quem nominant coniugatum qui est finitimus loco illi qui est a nota. Hos tamen neque aliter neque contra. sed cum pari preceptione diffinitione uti diximus seruantes preceptum uti compositum nomen diuisione uires suas quas sonat acceptum. quid significet intelligamus sit diffinitio a nota. Cum autem simplex uerbum tantum unum sit denominatum accipere cepērimus. Argumentum quidem a coniugato accipiamus ut tullius posuit diffinitionem esse dicamus. quia quid sit ostendit quod proprium est diffinitionis. Hec sunt tres nunc ante posite principaliter diffinitiones substantiales que a toto sunt. A partium [illegible] que prima est. sola uere diffinitio nuncupatur. Iste autem duc honore nominis et honestate. quia id de quo queritur quid sit ostendunt non uere sed tamen tantum diffinitiones esse dicantur. Hunc adulam que a toto est diffinitione reuertamur quia ipsa in se recipe formas potest plurimas. Sed ex hiis eas quas colligere potuimus partiemur. Sunt etenim et alia fortasse deinde rationes ac differentias et exempla dicemus. Est ergo prima que grece usiades dicitur latine substantialis. Secunda est ennomatice que sola notionem subiecit. Tercia poiodes que a qualitate nomen accepit. Quarta hypographice. que a tullio descriptio nuncupatur. Quinta kata antihypthesin. latine aduerbium possumus dicere. Sexta kata dyaphoran. latine de eodem et de altero nominant que per differentiam dici potest.

Septima est kata metaphoram id est per translationem. Octaua per priuantiam contrarii est. Nona kata hypotyposin per quandam imaginationem. Decima est [illegible] latine uelut. Undecima est per indigentiam pleni ex eodem genere. Duodecima est per laudem. Tercia decima est [illegible] que proportione dicitur. Quarta decima est per id quod est ad aliquid. Quinta decima est causam tribuens. De prima diffinitione plenius in superioribus sermo confectus est cum substantialis que sit diffinitio quibus partibus compleatur ostendimus. Secunda est que notionem communi non proprio nomine possumus dicere. In omnibus enim diffinitionibus notio rei profertur. non substantialis declaratur explicatio. Uerum hec que secunda est hoc modo semper efficitur cum proposito eo quod diffiniendum est neque dicto eius genere in rei sensum ducentibus audientem quid illud sit de quo queritur explicatur. Est que huic pene familiare res propositas per subiecta nomina diffinire. Ut si dicam homo est quod rationali conceptione et exercitio preest animalibus cunctis. hic non quidem quid ipsum sit dixi. sed dicendo quid agat quasi quodam signo in notitiam deuocaui. Alia sunt in rhetoricis apud tullium multa ut honestum cause genus est cum statim sine oratione nostra fauet auditoris animus. Sic et reliqua cum in secundo libro adhibet diffinitiones uirtutibus declarandis. primum cum dicit quid sit ipsa uirtus ponitque eius diffinitionem habitus nature modo atque rationi consentaneus hec quoniam genus posuit ut habitum diceret substantialis est diffinitio. At cum dicit memoria est per quam agimus repetit illa que fuerunt. Et item intelligentia per quam ea perspicit que sunt ac pari modo prudentia per quam futurum aliquid uidetur. Satis clarum est non substantialem esse istam diffinitionem. sed quemadmodum diximus eam que ennomatice grece dicitur cum rei notio non substantiali ratione percepta sed actu res cognita profertur. Tercia diffinitionis species est que poyodes dicitur. hoc dicendo quid quale sit ostendit idem quod supra nostrum ponemus exemplum ut facile appareat de eodem uno diffinitiones confici posse hominem primum substantialiter diffinimus deinde secunde diffinitionis modo notionem

eius expressimus. Nunc praeterea diffinitionem
quid homo sit explicabimus. Homo est ubi pie-
tas ubi iustitia. ubi equitas. ubi rursus mali-
cia. ceteraque uitia uersantur. qui ingenio ua-
let artibus pollet et cognitione rerum aut qui-
dem agere quid debeat dirigit animaduersione
quid inutile sit contempnit. Hic qualitati-
bus expressus est homo. Non enim ullum ali-
ud animal his moribus mentis qualitatem de-
signantibus exigit uitam. Sed solum hoc ani-
mal quod homo est qualitatibus inherentes posi-
tis et constitutis quasi quidam uel naturali
uel artificialis uite gubernator impletur.
Hec quidem tercia et secunda illa possunt uide-
ri quibusdam esse communes. Nam sepe
sufficit in qualibet harum ad diffinitio-
nem eius rei de qua queritur solum eius
proprium nominari. Ut si dicam homo est
quod ridet. Hoc enim proprium hominis
neque ullius alterius animalis est. Quo dic-
to ceterisque omnibus aliis quibus homo posset
ostendi solo tantum suo proprio declaratus est.
Et hoc cicero de proprietate dixit genus esse dif-
finitionis quod notioni applicari potest
ut quibusdam uidetur. Potest enim hunc
diffinitioni que qualitatiua sortita est nomen.
Unde quidam [illegible]
tas inter se unam esse potius censere. cum
satis appareat illam nullis positis quali-
tatibus notionem ut supra diximus posse
compleri hanc positis qualitatibus tacito etiam
proprio que illa res sit ostendere. Quartam
nos diffinitionem ypographyn esse diximus
non numerum quasi proprium collocan-
tes sed instituto ordine ad cognitionem
faciliorem uocabulum exhibere nunc
tationi sociantes. Non enim quarta que
est ypographycen que a nobis dicta est
quarta dicenda est. Sed quia ordo proposi-
tionis exigerat ideo nomen numeri
collocauimus hoc loco. Namque quin-
tus cicero de eodem et de altero diffinitio-
ne posuit et sic quartum ypographycen
constituit. Sed nos praemissa numeralitate
quid ypographycen sit que a tullio des-
criptio nominatur proposita ratione do-
cebimus et per exemplum que oratio non

quid sit potius dicit sed adhibita circui-
tione dictorum factorumque quid res quoque
sit descriptione declarat. descriptiua ista di-
citur esse diffinitio ut cum queritur quid
auarus sit quid crudelis. quid luxuriosus
et uniuersa auari uel luxuriosi natura des-
cribitur. Que diffinitionis species dicitur
exortationis genere descriptio ut luxurio-
sus est uictus non necessarii sed sumptu-
osi et onerosi appetens in deliciis afflu-
ens in libidine promptus. Hec et alia diffi-
nitione definiunt luxuriosum. Hec dif-
finitio apta semper oratori est. Huic enim
laus dicendi peruenitam tribuitur
propter honestatem non aptior ille et de-
terminatus sermo qui uelut familia-
ris est diffinitioni quam supra substan-
tialem esse precepimus. Ideirco multis
in locis tullius cum diffiniendum ali-
quid dicit non substantialiter dicit
diffiniendum esse sed potius describen-
dum et hoc nomine utitur ut cum
queritur inquit quid sit fur. quid
sacrilegus. sua descriptione est mons-
trandum id est diffinitione. Quin-
ta species diffinitionis est kata antily-
xin. quam latine aduerbum possu-
mus dicere. Hec uocem illam de qua que-
ritur alio sermone designat uno ac sin-
gulari et quodammodo quid sit uno
uerbo positum uno uerbo aliter decla-
rat ut conticescere est tacere. hauriit
perit. Item cum terminum dicimus
finem aut populatas interpretamur
uastatas. et omnino cum unius uerbi
rem uerbo manifestiore aliter declaramus
hec erit quinta de qua loquimur dif-
finitio. Tullius hac usus est in topicis
cum locum argumenti diffiniens
dixit esse sedem. Ita locum nomine
uno cuius rem querebat alia appellati-
one aduerbum posita per diffinitionem
quid esset ostendit sedem dicendo. Sexta
kata diaphoram species diffinitionis
est. hanc per differentiam dicimus.
Scriptores uero artium de eodem et de
altero nominant ut cum queritur

quid inter regem sit et tyrannum. adiecta differentia quid utrumque sit diffinitur. Et omnis quidem diffinitio sicuti docuimus supra non nisi appositis differentiis comprehensoque suo proprio quid sit de quo queritur exprimit. Non tamen hoc idem uidebitur esse modus iste de quo nunc loquimur. siquidem sola differentia composita fuerit inter duo de quibus queritur quid sit utrumque cognoscitur. Etenim in superioribus sola quoque diffiniuntur hec duo quasi cognita. sed quadam inter se communione confusa adiecta differentia secernuntur per quam quid sit utrumque cognoscitur ut rex est. modestus temperans. Tirannus uero crudelis. Ex hoc illud est terentii pudore ac liberalitate liberos retinere satius esse credo quam metu. hoc pater ac dominus interest. Item tullius pro sextio atque inter hanc uitam perpolitam humanitatem et illam immanem nichil tam interest quam ius atque uis. Septima est kata metaphoram id est per translationem ut cicero in topicis. Litus est qua fluctus eludit. item adolescentia est flos etatis. hoc uarie tractari potest. Modo enim ut moneat. modo ut designet. in ut uituperet. aut laudet aut moneat. Nobilitas est uirtus maiorum apud maiores sarcina. ut designet caput arx corporis ut uituperet. Diuitie sunt uite breuis longum uiaticum. Ut laudet adolescentia flos etatis. His atque aliis modis proferri potest ista diffinitio. In quo genere tamen illud cauendum est ne aut longe sit petita translatio aut turpis. longe in turbata res p. est chaos legum. Quod tullius pro sextio roscio tempauit. qui quasi sentina [illegible]. In quo etiam si sit quasi ut per similitudinem sit. tamen diffinitio accipi potest temperamentum accipiens ex particula similitudinis. Turpis fit duobus modis cum honestatem turpibus diffinimus. aut turpia honestis. Ut si quis dolorem diffiniens. Lacrimas

[illegible] ... dolorem melius nominaret aut contra ... dicat lacrime sunt doloris patratio. ... [illegible] nec superior particula temperamentum [illegible] et. Ergo magnopere istud uitare debemus. Octaua species diffinitionis est per priuantiam contrarii eius quod diffinitur. ut bonum est quod malum non est. hoc genere diffinitionis uti debemus cum contrarium notum est. Nam cum hec duo ita intelliguntur ut alterum sine altero esse non possit alterius cognitio quando fiet nisi fuerit utrumque comprehensum. Cum igitur alterum eorum quid sit queratur. utique hac diffinitione comprehendi non potest cum utrumque nescitur. quod se ita naturaliter ligat ut necessariam cognitionem sibi unius comprehensione conectat. Periclitatur ergo diffinitio talis. Unde an contrarium eius notum sit scire debemus ut hoc sublato fiat ei diffinitio quod diffinitur. Quare melius sepe fit si queratis aliquid quod diffiniendum sit contrarium eiusdem diffiniamus quo sublato illud quod queritur declaramus. ut si bonum est quod prodest cum honestate id quod tale non est malum est. Cicero in rethoricis. necessarie demonstrantur ea que aliter ac dicuntur nec fieri nec probari possunt. Ponamus enim necessarium et non necessarium contraria. ut omnia contraria hic nos ponere intelligas quorum sublatione idem quod queritur diffiniatur. Ergo quod non est necessarium ita diffiniri potest hoc cum tollo necessarii diffinitionem constituo. Ergo recte fieri potest huiusmodi diffinitio. sed hoc quemadmodum docui. Et hoc est quod tullius in particionibus precepit sepe ex contrariis etiam diffiniendum. Sub hac diffinitione cadunt etiam cum accidentia tolluntur et cum omnia alia que diuersa sunt et contraria accidentis uel consequentis accidentia tolluntur. Ut si quis id esse substantiam dicat quod neque quantitas nec qualitas neque reliqua accidentia sint. cum omnia alia que

[illegible] diuersa sunt [illegible] talis est diffinitio
ut siquis [illegible] diffiniens tollat omnia
[illegible] uel generaliter uel specia
[illegible] genere diffinitionis deus diffin
[illegible] potest. Etenim cum quid sit deus nul
lomodo scire possimus sublatione omnium
existentium que greci onta uocant cogni
tionem dei nobis circumcisa et ablata uoca
rum rerum cognitionem supponit. Deus
est quod neque corpus nec ullum elemen
tum. neque animal [illegible]
neque intellectus nec aliquid quod sensibus
percipi potest. his et talibus sublatis quid deus sit
poterit diffiniri. magis si addas quod eti
am diffiniri non potest id deum esse. Contra
rium accidentis uel consequens cum tolli
tur talis est diffinitio. Vigilare uti
sensibus. dormire est. non uti sensibus na
turaliter. Possunt uideri huiusmodi
diffinitiones conuenire huic diffiniti
oni quam supra ennomatice diximus
Verum illa ex accidentibus eius rei quam dif
finiuimus constat uel consequentibus hec
ex contrariis. Itaque illa que ennomaticen
est ex accidentibus docet tullius pisonem
non fuisse consulem. An uero reliquo tempore
consulem te quisquam duxerit. quisquam
tibi uenienti in curiam assurrexerit.
quisquam respondendum consulenti
[illegible]. Atque huius loci superior oratio et con
sequens in hac diffinitione consistit quam
uarius modo explicat non fuisse consulem
docens etiam per ea que repugnant consu
li aduectis factis cognitis. a consequentibus
sic diffinit. consulem animo et oportet
consilio. fide. grauitate. uigilantia. cura.
toto denique munere consulatus. Vnde
ennomatice hec erit diffinitio; hoc aptius
ut fiat et aliud exemplum in eadem.
Quid est illud furere? Non cognoscere
homines non leges. non senatum. non
ciuitatem. cruentare corpus suum.
Ergo consequentia accidentia colliger
re diffinitionis est ennomatice. Eius
quod differentias ex contrario hec tol
lere. hec est illa quam octauam supra
diximus diffinitionem. Nona species

diffinitionis est per quandam imagina
tionem. ut eneas est ueneris et anchi
se filius. Hec semper in indiuiduis uersa
tur et athroma uocatur. Desideratur
autem diffinitio circa nomina que
omonima sunt indiuidua duntaxat
ut aiax et oileus et thelamonis. Item
subuenit in eodem genere diffinitionis
ubi aliquem pudor aut metus est nomi
nare. Me uidelicet inquit tullius sicam
illi describebant de domo sua sic. at pro
fundam ita descripsisti ne eius neces
sarium nomen istum ipsum. cuius in con
studio et gratia tota accusatio ista
munita est. in metu fuerat nomina
re. ideo descriptus est. Item proconne
lio maiestatis replicate ipsa sunt. le
gite ut legebatis. hinc intelligetis nul
la tenuissima suspicione describi aut
significari cornelium. Hec de propriis
tantum nominibus

que hypographice diximus
superior diffinitio. Ergo a genere patria
corpore factis dictis ut casibus atque abani
mo unde illum quem uolumus diffini
tionis genere declaramus. Decima spe
cies est ostypos hanc talem esse diximus
ut si queratur quid sit animal responde
tur homo. Sic aristoteles

Rem enim
quesitam subiectum declarat exemplum
Et hoc est proprium diffinitionis quid sit
illud quod queritur declarare. Vndecima
species diffinitionis est

id est per indigentiam
pleni ex eodem genere ut si queratur quid
sit triens respondeatur cui dodrans de
est ut sit assis. Duodecima species diffini
tionis est. Kata epainon. id est per
laudem ut tullius pro cluentio. Lex est
mens et animus et consilium et sententia
ciuitatis. Et uos [illegible]
deremus ita posuimus exemplum. Nam
hoc idem tullius dicens non adhibita
oratione diffinitionis res simpliciter

collocauit. Mens inquit et animus ciuitatis et consilium et sententia. posita est in legib; & ut nos semp docuimus diffinitione nichil aliud quam orationem esse. Ergo diuerso modo tullius ptulit. quod a nobis conuersum in oratione sua formam diffinitionis accepit. & hoc longe ab illo modo distat quod sit p metaforã Non enim translatio est cum lex mens dicitur ciuitatis. nec qm genus est ut substantialiter habeatur ousiades. Consequens enim est ut hec p uituperationem sed sine translatione ponatur. sic uideri potest a tullio diffinitum. Seruitus est postremum malorum omnium non modo bello sed etiam morte repellendum quãquam enim ita sit exorsus. pax est tranquilla libertas. Sed int pacem et seruitium plurimum interest ut p differentiam diffinitio esse uideatur. tamen qa articulum illum breuit quo distare contendit. sed unam quamq; rem suã genere diffinitiuit collationem magis quam distarent ostendit non genere diffinitionis. Erit g prior pacis diffinitio ennomatice a consequentib; eius rei quam diffiniebat. pax est tranquilla libertas. hec sedã magis p uituperationem. Non enim aut consequens ei est. aut aliquid horum que ennomatice diffinitioni dedimus sed sola uituperatio est qua seruitutem malorum omnium dicit ee postremum Hec accipiatur rursus malum quasi ad seruitutem. Nam malum qualitas est seruitas est ad aliquid. Unde cum diuerse sint res malum genus ee non potest ad seruitutem. Iure igitur p uituperationem dicitur facta seruitutis supposita diffinitio

Tertia decima species diffinitionis est kata analogiam id est iuxta rationem que portio dicitur. cum aliquid quod disputari licet cum altero id ee dicitur quod illud est alterum pp ter rationalem similitudinem. sed hoc contingit cum maioris rei nomine res diffinitur inferior. & ex hoc additur quid sit inferior. Greci sic diffiniunt antropos michrocosmos. id est homo minor mundus. Cicero hac sic usus est. Quam plurimum tribuunt edicto. R. P. edictum legem annuam dicunt ee.

Quarta decima species diffinitionis est kata compstinc ad aliquid ut pater est cuius est filius. Cicero in rethoricis sic. Genus est quod plures partes amplectitur id est pars est quod subest generi.

Quinta decima species diffinitionis est. Kata inologiam quam latini sedm rei rationem uocant. Ut dies est sol supra terras. nox sol sub terris. Ut enim aut dies aut nox sit causa e. ut supra terras sol aut sub terris sit. Sunt et alie species diffinitionis fortasse. uerum siquis [illegible] illud diligenter intendat. ne forte harum alicui specierum illud quod inuenerit possit adiungi. Hec nos rursus frustra aliquis existimet tot species separasse quod possint sibi alique conuenire. consideratione enim plenius commodata oms int se magno cerneret discrimine separatas [illegible] modo quod supra sepe precepi solã uere illam appellari diffinitione. que a genere exordium sumens ad pprium rei que diffinitur sequndo p differentias. que communia poterant ee descendit. Hunc autẽ de uitiis diffinitionis est ut pmissum est explicemus. Diffinitio substantialis quam pmam docuimus quam solam ee diffinitionem diximus. Duo uitia recipit pncipalia. si ea oratio que diffinit. aut amplius amplexa fuerit. aut minus quam res plena sit declararit. Oportet enim ut oratio diffinitiua ita componatur ad nomen cuius rem diffinit. ut parem potentiam exprimat de rei atq; ipsum uocabulum prestet conuersimq; nomen et diffinitio semuicem collata declarent ut si queratur quid e homo recte respondeas animal terrenum rationale mortale bipes mentis capax. hoc rursus si conuertas. salua est declaratio. At si ita diffinias homo est substantia animata sensibilis. Est quidem declaratus homo Nam hec omia homo est. Uerum si conuertas rei salus integra non manebit. Non enĩ substantia animata atq; sensibilis tantũ

est homo. Peccat igitur diffinitio p habundantiam quia amplius amplectitur quam quod queritur et omnino peccat que genus ponit quod ultra est. Vicinius enim quod supra est genus magis declarat. Item peccat minus continens quam necessitas ut cupiditas est alieni appetendi desiderium. Quod similiter commissum non manet quia minus comprehensum est diffinitione quam res nominis postulabat. Latentius enim cupiditas patet nec sola avaricia est. Ergo viciosa est diffinitio minus completa quam queritur. ac si diceret. cupiditas est ut avaricia. Quasi exemplum dederit et auditorem transmiserit in totum quod cupiditas est similitudinis propositione eterque illa diffiniendi species quam decimam collocavimus osthypos. Hunc non auditorem transmisit per exemplum sed quasi totum continens multa in toto pretereundo peccavit. Unde non poterat fieri ad nomen ex diffinitione conversio. Hec duo vitia si uitentur integra diffinitio est. nec hec sola que substantialis est. sed etiam relique species. Hunc de vitiis. Cicero vero in tertio [illegible] diffinitio cum ait communia describit hoc modo. Seditiosus est qui malus atque inutilis civis est. Nam hec non magis seditiosi quam ambitiosi quam calumpniatoris quam alicuius [illegible] hominis [illegible] describit. Hanc diffinitionem diximus habundantia esse viciosam. Aliud vitium adiungit ita aut falsum dicit hoc pacto. Sapientia est pecunie querende intelligentia. Hoc vitium cicero adiecit preter duo illa que dixi. Tercium vero ipse apposuit quod a nobis secundum est constitutum. Ita enim ait quod aliquid non grave nec magnum continens sit. Stulticia est immense glorie cupiditas. hec ideo peccat quia minus comprehendit quod sic melius exprimit tullius. Est quidem hec stulticia sed ex parte quadam non ex omni genere diffinita. Preter hec idem tullius in secundo rethoricorum adicit duo vitia. si aut turpis aut inutilis diffinitio. Id autem ut ipse ait ex honestatis et utilitatis partibus approbatur. At de turpi diffinitione nos in superioribus diximus cum diffinitionem per translationem tractavimus. Sed illud vitium in verbo est. fieri autem potest ut omnis oratio inhonesta contineat vel inutilia comprehendat. In phylippicis tullius oratione prima docebat ab antonio cesaris acta subverti et id denegabat antonius. Attulit utrasque diffinitionem ut ostenderet quid sit actum eius qui togatus cum potestate in civitate versetur. Docui in superioribus afferende diffinitionis partes esse quatuor. primam ipsam diffinitionem. secundam approbationem. Terciam deductionem. Quartam destructionem diffinitionis adverse partis. Cicero actum eius qui sit in re publica diffinit leges esse. antonius cyrographa. Ergo sua oratione cicero et diffiniet et approbabit et deducet ad speciem et destruet diffinitionem adverse partis diffinitio hec et quid est quod tam proprie dici possit. actum eius qui togatus in re publica. cum potestate versatus sit. Quam lex. Deinde subiungit approbationem. Quare acta gracchi leges sempronie proferuntur. Que res ille scilicet acta cornelie quidem. pompeii tercius consulatus in quibus actis consistit. Nempe in legibus. Deinde adiungit[illegible] deductio diffinitionis ad speciem. Ergo a cesare ipso si quereret quid nam egisset in urbe et in toga. leges multas responderet se et preclaras tulisse. Sequitur reprehensio adverse partis. Ea sit bipertito aut enim ex illis omnibus vitiis aliquid in ea concluditur. Aut concesso quod adversarii dicunt per comparationem magis hoc esse quod nos dicimus approbamus. Hic utrumque tullius facit. Nam et de vitiis illa ponit ut falsam diffinitionem doceat et turpem et inutilem. Ac debinc concedens magis suam confirmat diffinitionem dicitque potiorem. falsam sic probat exsequendo quod consequens sit. His enim probatur falsa diffinitio si suum proprium non habeat. si magis contrarium habeat. si consequens suum non teneat si aliter dicta sit atque est in vulgi opini-

-one. Hic ergo quoniam querit quid
sit actum togati. cuius in re publica
cum potestate degentis dictum est ni-
chil aliud ēē quam leges. ad euerten-
dum quod antonius dixit cyrographa-
eem. Consequentia diligenter aduertens
falsam docet diffinitionem. Is qui tum
potestate est in re publica cum egerit
aliquod actum mutari non potest. hoc
competit legi ut cum lata sit nunquā
a latore mutetur. At ū cyrographa q̄a
domesticus actus est hanc consequenti-
am habent. ut & mutentur & sepe non
pferantur. Ergo tullius ita reprehen-
dit cyrographa actum non ēē. quia
consequentes non habent actus. Cyro-
grapha uero aut mutaret aut non
daret. aut si dedisset non istas res in
actis suis duceret. Sequitur pconcessi-
onem reprehensio. Sed ea ipsa concedo
quibusdam etiam in reb;. Coniueo in
maximis ū reb; id est in legib; acta
cesaris dissolui ferendum non puto.
Adiungit post hec reprehensionem si-
militer duplicem. Nisi forte si quid me-
morię causa retulerit in libellum id
numerabitur in actis. quamuis iniquū
et inutile defenditur. Equitas uirtus
est. Virtus enim honestum. Ergo ini-
quitas turpe est. quia turpitudo con-
traria est honestati. Sic igitur et tur-
pem & inutilem ipsis uerbis reprehendit
diffinitionem. Deinde adicit postre-
mum illud pconcessionem. Qui ad po-
pulum centuriatis comitiis tulit. id in
actis cesaris non habebit hec actio et om-
nia et satis esse duxi.